ΑΛΚΙΝΟΟΥ ΕΙΣ ΤΑ ΤΟΥ ΠΛΑΤΩΝΟΣ

Εἰσαγωγή.

ALCINOI IN PLATONICAM PHILOSOPHIAM INTRODUCTIO.



OXONIÆ,
Typis LICHFIELDIANIS,
Acad. Typog. Anno Dom. 1667.



Amico Lectori Præfatio.

SUperiore anno Georgium Pachymerium *Organi* Aristotelis *abbreviatorem, typis evulgandum curabam; id autem non ea mente quasi ista quæ passim celebratur bonorum Authorum anatome & laniena, quidquam mihi arrideret; aut crederem per artium compendia, magis quam viarum itinera tuto atque commode expediri. Publico solum vitio hac in re morem gessi, & siquidem Ideis, Encheiridiis, Epitomis tanquam Pupis & imagunculis multum capi & deliniri juvenum animos observaveram; id egi ut saltem non inelegantibus Crepundiis, nec saturnalitio munere indignis sese oblectarent. Pari prorsus, si non etiam potiore consilio, nunc temporis* Alcinoi *editionem aggredior, ea enim* Platonis *scribendi differendique ratio, ut Enarratoris industriam non modo admittere, sed insuper expectare & deposcere videatur: cum enim apud eum pleraque Idearum spectris, veluti* Socratis *dæmonio*

dæmonio inhorrescant, dialogi ambagibus circumducantur, quæstionum tormentis vexentur & dehiscant, ita in lubrico constituta, ut ad ἀκαταληψίαν *quæ brevi deinceps Scholam istam pervaserat composita cogitares; Vix quicquam hac ex parte magis optandum, quam si divini magistri Dogmata (quo quidem Elogio hoc saltem nomine habentur digna quod oraculorum ad morem, parum intelligi curarent) ad Methodum aliquam scientificam, artisque speciem quadantenus fingerentur. Quonsque huic muneri ab Authore nostro satisfactum sit, non necesse est dicere, siquidem constat eatenus illum instituto suo fidum, ut cuncta quam paucissimis absolverit: nec quenquam tantillæ operæ quæ in hisce paginis evolvendis ponenda est facile pœniteat nisi forsitan turpe non sit Philosophiam professum, quid senserit ejusdem Parens nescire; aut in Academiâ versanti indecorum audiat, quæ fuerint Academiæ placita ignorare.*

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΑΛΚΙΝΟΟΥ	CAPITA ALCINOI.
Τί φιλοσοφία, καὶ τίνα δεῖ εἶναι τῇ φύσει τὸν φιλοσοφεῖν μέλλοντα. Κεφ. α.	Quid sit Philosophia & qualem à natura esse oporteat philosophū. Cap. I.
Ὅτι προηγούμενον τὸ θεωρεῖν, ἀναγκαῖον δὲ καὶ ἑπόμενον τὸ πράττειν. β	Primarium esse contemplationem, actionem verò necessarium & consequens. II.
Ὅτι ἡ τοῦ φιλοσόφου σπουδὴ ἐν τρισὶ κατὰ τὸν Πλάτωνα, ἔν τε τῇ τῶν ὄντων θέᾳ, καὶ ἐν τῇ τῶν καλῶν πράξει καὶ ἐν τῇ λόγου τέχνῃ. γ	Philosophum versari in tribus secundum Platonem, in contemplatione rerum, in actione, & differendi artificio. III.
Τοῦ κριτηρίου καὶ τῶν κριτικῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων περί. δ	De judiciario & viribus animæ ad judicium pertinentibus. IV.
Περὶ τῶν τῆς διαλεκτικῆς στοιχείων καὶ τοῦ τέλους αὐτῆς ε	Elementum & finis dialecticæ V.
Τῶν εἰδῶν τῆς προτάσεως τε καὶ τοῦ συλλογισμοῦ περί. ς	Species propositionis & syllogismi VI.
Τοῦ θεωρητικοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ διαιρέσεως. περί ζ	De speculativa scientia & ejus distinctione VII.
Τῆς πρώτης ὕλης περί. η	De materia prima. VIII.
Τῶν ἰδεῶν καὶ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου περί. θ	De ideis & de caussa efficiente. IX.
Πῶς δεῖ ὑπογράφειν τὸν θεὸν, καὶ περὶ τῆς νοήσεως αὐτοῦ. ι	Quomodo describatur Deus & quibus rationibus investigetur. X.
Ὅτι αἱ ποιότητες ἀσώματοι. ια	Qualitates esse incorporeas. XI.
Περὶ τῶν αἰτίων τοῦ κόσμου· ἔτι δὲ περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ, καὶ τῶν	De causis & generatione, & elementis, & ordine mundi

di

di. XII.	στοιχείων, καὶ τῆς τάξεως.	ιβ
De figuris mundi & earum cum elementis mundi atque mundo convenientia. XIII.	Περὶ διαχηματίσεως τοῦ κόσμου, καὶ ὅτι τῶν σχημάτων ἕκαστον τῷ τε κόσμῳ καὶ τοῖς στοιχείοις ἀνάλογον.	ιγ
De anima mundi, & sphæris atq; stellis. XIV.	Περὶ τῆς ψυχῆς τοῦ κόσμου, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῶν σφαιρῶν καὶ τῶν ἀστέρων.	ιδ
De dæmonibus & singulorum elementis. XV.	Περὶ τῶν δαιμόνων καὶ τῶν συνωνύμων στοιχείων.	ιε
De Diis junioribus: iisq; hominis formationem commissam esse à Deo. XVI.	Περὶ τῶν ἐγγόνων θεῶν καὶ ὅτι τούτοις τὴν τῶν ἀνθρώπων ποίησιν ἐπέταξεν ὁ θεός.	ις
De corpore, membrisque hominis, & viribus animæ. XVII.	Περὶ σώματος ἢ τῶν μορίων τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῆς ψυχῆς δυνάμεων περί.	ιζ
De visu, lumine, specularibus imaginibus. XVIII.	Περὶ τῆς ὁρατικῆς αἰσθήσεως, καὶ τοῦ φωτός, ἔτι ἢ τῆς τῶν κατόπτρων εἰδωλοποιίας.	ιη
De cæteris sensibus, & objectis eorum. XIX.	Τῶν ἄλλων αἰσθήσεων περὶ καὶ πρὸς τίνα ἑκάστη αὐτῶν γένους.	ιθ
De gravi & levi. XX.	Τοῦ βαρέος περὶ καὶ τοῦ κούφου	κ
De respiratione XXI.	Τῆς ἀναπνοῆς περί.	κα
De morborum causis. XXII.	Περὶ νόσων αἰτιῶν.	κβ
De tribus principalibus animæ viribus. XXIII.	Τῶν τριῶν τῶν ἀρχόντων τῆς ψυχῆς δυνάμεων περί.	κγ
De distinctione partium animæ. XXIV.	Περὶ τῆς διαιρέσεως αὐτῶν	κδ
De immortalitate animæ. XXV.	Ὅτι ἀθάνατος ἡ ψυχή	κε
	Τῆς εἱμαρμένης καὶ τοῦ αὐτεξουσίου περί.	κς
De fato & libero arbitrio. XXVI.	Περὶ τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ τοῦ ἐν ἀγαθοῖς τιμιωτάτου, καὶ τῶν ἀρετῶν.	κζ

Τί ἡ ἀρετὴ καὶ πῶς ὑπ' αὐτοῦ διαιροῦνται αἱ ἀρεταί κη	De bonis, & summo bono ac virtutibus. XXVII.
Περὶ ἀρετῶν καὶ τῆς κακίας· ἔτι δὲ πῶς διαιροῦνται αὐτῶν ἑκάστα κθ	Definitio virtutis atque distinctio. XXVIII.
Πῶς ἑκούσιον ἡ ἀρετή, ἀκούσιον δὲ ἡ κακία. λ	De virtutibus ac vitiis, & horum distinctionibus. XXIX.
Τῆς φιλίας πέρι. λα	Quomodo virtus voluntaria, involuntaria improbitas. XXX.
Τῶν εἰδῶν τῆς πολιτείας πέρι. λβ	De amicitia. XXXI.
Περὶ τοῦ σοφιστοῦ. λγ	De speciebus reip. XXXII.
	De Sophista. XXXIII.

ΑΛΚΙΝΟΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΕΙΣΑΓΩΓΗ ΤΩΝ ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΠΛΑΤΩΝΟΣ.

ALCINOI PHILOSOPHI IN PLATONIS DOCTRINAM INTRODUCTIO.

ΤΙ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ καὶ τίνα δεῖ εἶναι τῇ φύσει τὸν φιλοσοφεῖν μέλλοντα.

Κεφ. α.

ΤΩΝ κυριωτάτων Πλάτωνος δογμάτων τοιαύτη τις ἂν διδασκαλία γένοιτο. φιλοσοφία ἐστὶν ὄρεξις σοφίας, ἢ λύσις καὶ περιαγωγὴ ψυχῆς ἀπὸ σώματος, ἐπὶ τὰ νοητὰ ἡμῶν τρεπομένων, καὶ τὰ κατ' ἀλήθειαν ὄντα. σοφία δέ ἐστιν ἐπιστήμη θείων καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. φιλόσοφος δέ ἐστιν ὁ παρωνύμως ἀπὸ ταύτης ὠνομασμένος, ὡς ὁ μουσικὸς ἀπὸ τῆς μουσικῆς. πεφυκέναι δὲ τοῦτον χρὴ πρῶτον μὲν πρὸς τὰ μαθήματα ὅσα δύναται προσοικειοῦν καὶ προσάγειν αὐτὸν τῇ γνώσει τῆς νοητῆς οὐσίας, καὶ μὴ

QUID SIT PHILOSOPHIA, & qualem à natura esse oporteat philosophum.

CAP. I.

EA quæ Platoni proprie attribuuntur decreta atque opiniones, ita tradi posse videntur. Philosophia est appetitio sapientiæ: vel, solutio animæ à corpore, & conversio quædam ad ea quæ revera sunt & intellectu videntur. Sapientia autem divinarum humanarumque rerum est scientia. Philosophus autem est, qui a philosophia denominatus est quemadmodum à musica musicus. Hunc porro, ab ipsa ita comparatum esse oportet natura, ut ad eas maxime idoneus sit disciplinas quæ ad cognitionem ejus quæ intellectu percipitur essentiæ

non autem ejus quæ oberrat ac fluxa est, aptum reddere eum ac deducere possint. Deinde, ut natura veritatis amans sit, nullo autem modo recipiat mendacium. Sed & temperantem quodammodo nasci oportet, easque animæ partes quæ affectibus efferri solent, contractas à natura habere. Quisquis enim semel eas amplexus disciplinas fuerit, quæ in consideratione eorum versantur quæ revera existunt, totumque eo appetitum converterit, nunquam voluptates corporis admiraturus est. Oportet præterea liberali animo philosophum esse. Etenim rerum vilium æstimatio ac cura, homini veritatem rerum contemplaturo maxime adversa est. Ita præterea natura factum, ut justitiam diligat, insuper & veritatem, temperantiam & liberalitatem. Adde quòd docilem, & lenta præditum memoria oportet esse. Nam & hæc philosophum informant. Quæ quidem naturæ commoditates, si disciplina atque educatio, quæ oportet accedat, perfectum ad virtutem efficiunt: si contra negligantur, maximorum causæ sunt malorum. Atque has quidem Plato eodem cum virtutibus nomine temperantiam, fortitudinem & justitiam, appellare solet.

πλανωμένης τε καὶ ῥευστῆς. ἔπειτα δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἔχειν ἐρωτικῶς, καὶ μηδαμῇ προσδέχεσθαι τὸ ψεῦδος. ἐπὶ τούτοις δὲ καὶ φύσει πως σώφρονα εἶναι, καὶ κατὰ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς φυσικῶς κατεσταλμένον. ὁ γὰρ ἐφιέμενος μαθημάτων τῶν περὶ τὰ ὄντα καὶ ἐπὶ ταῦτα τρέπων ἑαυτοῦ τὴν ὄρεξιν, οὐ θαυμάζοι ἂν τὰς ἡδονάς. δεῖ δὲ καὶ ἐλευθέριον εἶναι τῇ γνώμῃ τὸν μέλλοντα φιλοσοφεῖν. ἐναντιώτατον γὰρ μικρολογία ψυχῇ μελλούσῃ θεωρεῖν τὰ θεῖα καὶ ἀνθρώπινα· καὶ πρὸς δικαιοσύνην δὲ πεφυκέναι χρὴ αὐτόν, εἴγε καὶ πρὸς ἀλήθειαν καὶ πρὸς ἐλευθερίαν, καὶ πρὸς σωφροσύνην. προσεῖναι δὲ αὐτῷ καὶ εὐμάθειαν καὶ μνήμην. εἰδοποιεῖ γὰρ καὶ ταῦτα τὸν φιλόσοφον. αὗται δὲ αἱ εὐφυΐαι παιδείας μὲν ὀρθῆς καὶ τροφῆς τῆς προσηκούσης τυχοῦσαι, τέλεον ἀποφαίνουσι πρὸς ἀρετήν. ἀμεληθεῖσαι δὲ μεγάλων κακῶν αἴτιαι γίνονται· ταύτας δὲ καὶ ὁμωνύμως ταῖς ἀρεταῖς εἰώθει ὀνομάζειν ὁ Πλάτων, σωφροσύνην τε καὶ ἀνδρείαν καὶ δικαιοσύνην.

ΟΤΙ

ΟΤΙ ΠΡΟΗΓΟΥΜΕ-νον τὸ θεωρεῖν, ἀναγκαῖον δὲ καὶ ἑπόμενον τὸ πράττειν.

Κεφ. β.

Διττοῦ δ' ὄντος τοῦ βίου, τοῦ μὲν θεωρητικοῦ, τοῦ δὲ πρακτικοῦ· τοῦ μὲν θεωρητικοῦ τὸ κεφάλαιον ἐν τῇ γνώσει τῆς ἀληθείας κεῖται, τοῦ πρακτικοῦ δὲ ἐν τῷ πρᾶξαι τὰ ὑπαγορευόμενα ὑπὸ τοῦ λόγου. τίμιος μὲν δὴ ὁ θεωρητικὸς βίος, ἑπόμενος δὲ καὶ ἀναγκαῖος ὁ πρακτικός. ὅτι δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, ἐντεῦθεν ἂν φανείη δῆλον· ἔστι τοίνυν ἡ θεωρία ἐνέργεια τοῦ νοῦ νοοῦντος τὰ νοητά· ἡ δὲ πρᾶξις ψυχῆς λογικῆς ἐνέργεια διὰ σώματος γινομένη. ἡ ψυχὴ δὴ θεωροῦσα μὲν τὸ θεῖον καὶ τὰς νοήσεις τοῦ θείου, εὐπαθεῖν τε λέγεται, καὶ τοῦτο τὸ πάθημα αὐτῆς φρόνησις ὠνόμασαι. ὅπερ οὐχ' ἕτερον εἴποι ἄν τις ἢ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ὁμοιώσεως· ὅθεν καὶ προηγούμενον καὶ τίμιον ἂν εἴη τὸ τοιοῦτο, καὶ εὐκταιότατον καὶ οἰκειότατον, ἀκώλυτόν τε καὶ ἐφ' ἡμῖν κείμενον, καὶ τοῦ προκειμένου τέλους ἡμῖν αἴτιον. ἡ

PRIMARIUM ESSE contemplationem, actionem vero necessarium & consequens.

CAP. II.

Cum verò duplex sit vita, altera quæ in contemplatione, quæ in actione versatur altera, præcipuum in veritatis cognitione contemplativæ munus consistit, sicut activæ in actione eorum quæ dictat ratio. Quare primaria contemplativa vita est: secundo post hanc loco, & quasi necessaria, activa. Id ita se habere, ex his facile probari poterit. Contemplatio est functio intellectus, ea quæ intelligibilia sunt intelligentis: actio verò, operatio animæ rationalis quæ ministerio corporis perficitur. Animus namque cum divinitatem ipsam ejusque notiones contemplatur, quàm optimè affici dicitur. Atque hæc ejus affectio, sapientia nuncupata est: quam quidem nihil aliud quàm similitudinem cum divinitate ipsa recte appellaveris. Quamobrem primaria hæc ac præcipua habenda est, sicut maxime expetenda, hominique est propria, utpote cui nulla obsistant impedimenta que minus in nostra potestate consistat, & quæ finis nobis

propositi efficiens sit causa. Activa autē vita & id quod ad agendū confert, cum corporis ministerio plurimū utantur, impediuntur sæpenumero. Quare quæ in contemplativa vita ad emendandos hominū meditari mores solet, ad actionem, quoties ita postulat necessitas, transferet philosophus. Tunc demum ad civilem ergo administrationem se conferet vir bonus, cum male à cæteris eā hominibus geri senserit. Inter secundaria autem habebit, ducere exercitum, judicia exercere, legationes obire. Inter præcipua vero quæ actio requirit & primaria, leges condere, Rēpub. ordinare, seditiones componere, instituendæ disciplinam juventutis tradere. Quapropter oportet philosophum nunquam veritatis indagandæ studium omittere, sed fovere eam & promovere semper: ad activam autem vitam, tanquam quæ subservit priori, nonnunquam se dimittere.

μέντοι πρᾶξις καὶ τὸ πρακτικὸν διὰ τοῦ σώματος περαινόμενα κωλυθῆναί τε δύναται καὶ περιγένοιτο ἂν ἀπαιτούντων τῶν πραγμάτων, ἃ κατὰ τὸν θεωρητικὸν βίον ὁρᾶται μελετῆσαι εἰς ἀνθρώπων ἤθη. ἥξει γὰρ ὁ σπουδαῖος ἐπὶ τὰ κοινὰ ὁπόταν εἴδῃ κακῶς διοικούμενα πρός τινων αὐτά· πρακτικὰ μὲν οὕτως ἡγούμενος, τὸ στρατηγεῖν, τὸ δικάζειν, τὸ πρεσβεύειν. ἄριστα δ' ἂν πράξει μὲν καὶ ὡς ἐν ταύτῃ προηγούμενα τὸ περὶ νομοθεσίας καὶ πολιτείας κατάστασιν καὶ παιδείαν νέων. πρέπει δὴ ἐκ τῶν εἰρημένων τῷ φιλοσόφῳ μηδαμῶς τῆς θεωρίας ἀπολείπεσθαι, ἀλλ' ἀεὶ ταύτην τρέφειν καὶ αὔξειν, ὡς ἑπόμενον δὲ καὶ ἐπὶ τὸν πρακτικὸν χωρεῖν βίον.

ΟΤΙ Η ΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟ-φου σπουδὴ ἐν τρισὶ κατὰ τὸν Πλάτωνα, ἔν τε τῇ τῶν ὄντων θέᾳ καὶ ἐν τῇ τῶν καλῶν πράξει, καὶ ἐν τῇ τοῦ λόγου τέχνῃ.

Κεφάλ. γ.

Ἡ δὲ τοῦ φιλοσόφου σπουδὴ κατὰ τὸν Πλάτωνα ἐν τρισὶν ἔοικεν εἶναι, ἔν τε τῇ θέᾳ καὶ τῇ τῶν ὄντων γνώσει, καὶ ἐν τῇ περὶ τῶν καλῶν, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τοῦ λόγου θεωρίᾳ. καλεῖται δὲ ἡ μὲν τῶν ὄντων γνῶσις θεωρητική· ἡ δὲ περὶ τὸν λόγον διαλεκτική. διαιρεῖται δὲ αὕτη εἰς τὸ διαιρετικὸν, καὶ τὸ ὁριστικὸν, καὶ τὸ ἐπαγωγικὸν, καὶ τὸ συλλογιστικόν. τούτο δὲ εἰς τὸ ἀποδεικτικόν· ὅπερ ἐστὶ περὶ τὸν ἀναγκαῖον συλλογισμὸν, καὶ εἰς τὸ ἐπιχειρηματικόν, ὃ θεωρεῖται περὶ τὸν ἔνδοξον συλλογισμὸν, καὶ εἰς τρίτον τὸ ῥητορικόν, ὅπερ ἐστὶ περὶ τὸ ἐνθύμημα, ὃ καλεῖται ἀτελὴς συλλογισμὸς, καὶ προσέτι τὰ σοφίσματα, ὅπερ προηγούμενον μὲν οὐκ ἂν εἴη τῷ φιλοσόφῳ, ἀναγκαῖον δέ. τῆς δὲ πρακτικῆς τὸ μὲν θεωρεῖται περὶ τὴν τῶν ἠθῶν ἐπιμέλειαν, τὸ δὲ περὶ τὴν τοῦ οἴκου προστασίαν, τὸ δὲ περὶ πόλιν καὶ τὴν ταύτης σωτηρίαν. τούτων τὸ μὲν πρῶτον ἠθικὸν

λε

PHILOSOPHVM versari in tribus, secundum Platonem, in contemplatione rerum, in actione & in artificio disserendi.

CAP. III.

Studium certe philosophi in tribus potissimū ex Platonis versari videtur sententia: in contemplatione & cognitione eorum quæ sunt: in virtutum actione: & in sermonis consideratione. Diciturq; eorū quæ sunt cognitio, contemplativa: eorum quæ ad actionem pertinent, activa: disserendi cura, Dialectica. Quæ quidem, in dividendi, definiendi, inducendi, ac racionandi modū dividitur. Postrema rursus in Apodicticā, quæ circa ratiocinationem necessariā versatur; & in Epichirematicam, quæ circa probabilem; & in Rhetoricā, quæ circa enthymema, quæ ratiocinatio imperfecta vocatur: ac denique in Sophismata. Quam tamen non ut præcipuam partem, sed ut necessariā colet philosophus. Eius quæ in agendo versatur philosophiæ, pars prima in formatione morum, altera in familia administratione, postrema in Reipub. versatur conservatione. Et prima

quidem

dem moralis, secunda domestica, tertia civilis dicitur. In contemplativa rursum, pars una ea quæ fixa ac immota sunt, & quæ divina sunt, primasq; rerum causas investigat, quam Theologiam vocamus: altera astrorum circuitusque cœlestium ac reversiones corporum ad unum idemq; principium, mundiq; constitutionem: quæ naturalis scientia dicitur. Quæ vero per Geometriā, reliquasq; quæ mathemata vocantur investigamus disciplinas; Mathematica nuncupatur. Eo ergo modo cum dividatur in suas & distinguatur Philosophia species: de Dialectica primum consideratione, ex opinione Platonis dicendum erit, & primo quidem de ipso judicandi instrumento.

κέκληται, τὸ δὲ δεύτερον οἰκονομικόν, τὸ δὲ λοιπὸν πολιτικόν. τοῦ δὲ θεωρητικοῦ τὸ μὲν περὶ τὰ ἀκίνητα καὶ τὰ πρῶτα αἴτια καὶ ὅσα θεῖα, θεολογικὸν καλεῖται· τὸ δὲ περὶ τὴν τῶν ἄστρων φορὰν καὶ τὰς τούτων περιόδους καὶ ἀποκαταστάσεις καὶ τοῦδε τοῦ κόσμου τὴν σύστασιν, φυσικόν. τὸ δὲ θεωρούμενον διὰ γεωμετρίας καὶ τῶν λοιπῶν μαθημάτων, μαθηματικόν. τῆς δὲ διαιρέσεως τοιαύτης οὔσης, καὶ τοῦ μερισμοῦ τῶν τῆς φιλοσοφίας εἰδῶν, περὶ τῆς διαλεκτικῆς θεωρίας πρότερον ῥητέον τῆς ἀρεσκούσης τῷ Πλάτωνι. καὶ πρότερα περὶ κριτηρίου.

DE JUDICIARIO & viribus animæ pertinentibus ad judicium.

CAP. IIII.

QVoniam est quiddam quod judicat, quiddam quod judicatur, necesse est aliquid etiam ex utrisque fieri, quod quidem judicationem vocare possumus. Itaque ipsam judicationem κριτήριον non inepte quis appellaverit: communius autem, id quod judicat. Hoc autem duplex

ΤΟΥ ΚΡΙΤΗΡΙΟΥ καὶ τῶν κριτικῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων πέρι.

Κεφ. δ.

ΕΠεὶ οὖν ἐστί τι τὸ κρῖνον, ἔστι δὲ καὶ τὸ κρινόμενον, εἴη ἂν καὶ τὸ ἐκ τούτων ἀποτελούμενον, ὅπερ εἴποι ἄν τις κρίσιν. κυρίως μὲν δὴ τὴν κρίσιν ὀνομάσαι ἄν τις κριτήριον, κοινότερον δὲ καὶ τὸ κρῖνον. τοῦτο δὲ διττόν. τὸ μὲν, ὑφ' οὗ κρίνεται τὸ κρινόμενον

τὸ

τὸ δὲ δι' οὗ. ἔργῳ μὲν, εἴη ἂν ὁ ἐν ἡμῖν νοῦς, τὸ δὲ δι' οὗ ὄργανον φυσικὸν κριτικὸν, προηγουμένως μὲν τῶν ἀληθῶν, ἑπομένως δὲ καὶ τῶν ψευδῶν. τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλο τί ἐστιν ἢ λόγος φυσικός. σαφέστερον δ' ἀπὸ ὄντων κριτὴς μὲν ἂν λέγοιτο ὁ φιλόσοφος, ὑφ' οὗ τὰ πράγματα κρίνεται· κριτὴς δὲ καὶ ὁ λόγος, δι' οὗ τὸ ἀληθὲς κρίνεται, ὃ καὶ ὄργανον ἔφαμεν εἶναι. Διττὸς δὲ ἐστιν ὁ λόγος, ὁ μὲν γὰρ ἐστι παντελῶς ἄληπτός τε καὶ ἀκριβής· ὁ δὲ κατὰ τὴν τῶν πραγμάτων γνῶσιν ἀδιάψευστος. τούτων δὲ ὁ μὲν πρότερος, θεῷ δυνατὸς, ἀνθρώπῳ δὲ ἀδύνατος· ὁ δὲ δεύτερος καὶ ἀνθρώπῳ δυνατός. διττὸς δὲ καὶ οὗτος. ὁ μὲν, περὶ τὰ νοητὰ, ὁ δὲ περὶ τὰ αἰσθητά· ὧν ὁ μὲν περὶ τὰ νοητὰ, ἐπιστήμη τέ ἐστι καὶ ἐπιστημονικὸς λόγος, ὁ δὲ περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστικός τε καὶ δόξα. ὅθεν ὁ μὲν ἐπιστημονικὸς τὸ βέβαιον ἔχει καὶ μόνιμον, ἅτε περὶ τῶν βεβαίων καὶ μονίμων ἀρχῶν. ὁ δὲ πιθανὸς καὶ δοξαστικὸς πολὺ τὸ εἰκὸς διὰ τὸ μὴ περὶ τὰ μόνιμα εἶναι. ἐπιστήμης δὲ τῆς περὶ τὰ νοητὰ καὶ δόξης τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ ἀρχαὶ νόησίς τε καὶ αἴσθησις. ἡ μὲν οὖν αἴσθησίς ἐστι πά-

videtur esse. Unum a quo, alterum per quod judicatur id quod judicatur. Quorum illud intellectus est qui in nobis, hoc autem quo judicatur, instrumentum naturale ad judicandum accommodatũ: primario quidé vera, secundo tamen & falsa. Neq; hoc aliud quicquam est quàm ratio naturalis. Quod si liquidius etiam explicare velimus, eorum quæ esse dicuntur, judex appellari poterit philosophus, à quo res ipsæ dijudicantur: Judex item ratio, per quam verum etiam judicatur: quod modo instrumé-tum appellari diximus. Jam vero duplex est ratio: Vna penitus inexpugnabilis ac vera: altera pro rerum cognitione nunquam fallens. Prior in Dei potestate est, in hominis nequaquam. Secunda & in hominis. Sed & hæc duplex est. Vna ad intellectus, altera ad sensuum spectat objecta. Ec prior quidem, scientia, & quæ scientiam gignit ratio est, altera verò opinio. Et illa certitudinem quidem ac stabilitatem habet, quippe cum circa certa ac stabilia versetur principia: hæc veri similitudinem & opinionem, utpote quæ circa mutationi obnoxia. Scientiæ verò circa intelligibilia, & opiniones circa sensibilia, intellectio ac sensus principia sunt.

Sensus

sensus autem affectio est animæ per corpus, primario facultatis perpessæ internuncia. Quando autē animo per instrumenta sensuum, rerum forma sentiendo fuerit impressa, & ita quidē ut temporis non deleatur spatio, sed diuturna conservetur ac firma; hujus conservatio, memoria nuncupatur. Memoriæ autem sensusq; conjunctio, est opinio. Quoties enim aliquid quod primo sensus movere possit nobis occurrit, ab eoq; sensus in nobis efficitur, & a sensu memoria, ac deinde rursus idē sensibus nostris objicitur, memoriam præcedentē cum sequente sensu componimus, & in nobis ipsis jam dicimus, Socrates, equus, ignis cæteraq; hujusmodi. Atq; hæc opinio nuncupatur, quoties præcedentē memoriam cum recente sensu componimus. Quoties autē inter se conveniunt ea ac congruunt, opinio vera existit: si dissonant, opinio falsa. Nam si quis dū Socratis memoriam habet, in Platonē ipsum incidat, putetq; se ob quandā similitudinē, Socrati rursus occurrere, ac postea acceptū à Platone sensū, quasi à Socrate acceperit, cum Socratis quā servavit memoria componat, falsa nascitur opinio. Id autē in quo sensus atque memoria fiunt, cum cerea tabula Plato comparat.

θος ψυχῆς διὰ σώματος ἀπαγγελτικὸν προηγουμένως τῆς πεπονθυίας δυνάμεως. ὁπόταν δὲ ἐν τῇ ψυχῇ διὰ τῶν αἰσθητηρίων κατὰ τὴν αἴσθησιν τύπος ἐγγένηται, ὅσπερ ἐστὶν αἴσθησις, ἔπειτα οὗτος μὴ διὰ χρόνου πλῆθος ἐξίτηλος γίνηται, ἀλλ' ἔμμονος καὶ σωζόμενος, ἡ τούτου σωτηρία μνήμη καλεῖται. δόξα δέ ἐστι συμπλοκὴ μνήμης καὶ αἰσθήσεως. ὁπόταν γὰρ ἐντυγχάνωμεν αἰσθητῷ τινι πρώτῳ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ αἴσθησις ἡμῖν γένηται, καὶ ἀπὸ ταύτης μνήμη, ἔπειτα ἐντυγχάνωμεν τῷ αὐτῷ πάλιν αἰσθητῷ, τὴν προϋποκειμένην μνήμην συντίθεμεν τῇ ἐκ δευτέρου γινομένῃ αἰσθήσει, καὶ ἐν ἑαυτοῖς λέγομεν φέρε, Σωκράτης, ἵππος, πῦρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ τοῦτο καλεῖται δόξα, συντιθέντων ἡμῶν τὴν προϋποκειμένην τῇ νεωστὶ γινομένῃ αἰσθήσει. καὶ ὅταν μὲν συμφωνήσῃ ταῦτα κατάλληλα γινόμενα, ἀληθὴς γίνεται δόξα. ὅταν δὲ παραλλάξῃ ψευδής. ἂν γὰρ ἔχων τις μνήμην Σωκράτους ἐντυχὼν Πλάτωνι οἰηθῇ κατά τινα ὁμοιότητα Σωκράτει πάλιν ἐντυγχάνειν, ἔπειτα τὴν ἀπὸ Πλάτωνος αἴσθησιν ὡς ἀπὸ Σωκράτους λαβὼν συνθείη, ἣν ἔχει περὶ Σωκράτους μνήμην ψευδὴς γίνεται δόξα. ἐν ᾧ δὲ γίνεται ἡ μνήμη καὶ ἡ αἴσθησις τοῦτο κηρίνῳ ἐκμα-

γείῳ

γείῳ ὁ Πλάτων ἀπεικάζει ὅταν δὲ τὰ δοξασθέντα ἐξ αἰσθήσεως καὶ μνήμης ἀναπλάσασα ἡ ψυχὴ τῇ διανοίᾳ ἀποβλέπῃ εἰς ταῦτα ὥσπερ εἰς εἰκόνα ἀφ' ὧν ἐγένετο, ἀναζωγράφησιν τὸ τοιοῦτο ὁ Πλάτων καλεῖ, ἔσθ' ὅτε δὴ καὶ φαντασίαν. τὴν δὲ διάνοιαν φησὶ τὸν αὐτῆς τῆς ψυχῆς πρὸς αὑτὴν διάλογον. λόγον δὲ τὸ ἀπ' ἐκείνης ῥεῦμα διὰ τοῦ στόματος χωροῦν μετὰ φθόγγου. νόησις δ' ἐστὶ νοῦ ἐνέργεια θεωροῦντος τὰ πρῶτα νοητά. αὕτη διττὴ ἔοικεν εἶναι ἡ μὲν, πρὸ τοῦ ἐν τῷδε τῷ σώματι γενέσθαι τὴν ψυχὴν θεωρούσης αὐτῆς τὰ νοητά. ἡ δὲ μετὰ τὸ ἐμβιβασθῆναι εἰς τόδε τὸ σῶμα. τούτων δὲ ἡ μὲν πρὸ τοῦ ἐν τῷ σώματι γενέσθαι τὴν ψυχὴν αὐτὸ τοῦτο νόησις ἐκαλεῖτο. γενομένης δ' [redacted] ἡ τότε λεγομένη νόησις νῦν ἐλέχθη φυσικὴ ἔννοια, νόησίς τις οὖσα ἐναποκειμένη τῇ ψυχῇ. ὅταν οὖν φῶμεν τὴν νόησιν ἀρχὴν εἶναι τοῦ ἐπιστημονικοῦ λόγου, οὐ ταύτην νῦν λεγομένην φαμὲν, ἀλλὰ ἐκείνην ὅτε χωρὶς τοῦ σώματος ἦν ἡ ψυχὴ, ἥτις ὡς ἔφαμεν, τότε μὲν νόησις ἐλέγετο, νῦν δὲ φυσικὴ ἔννοια. καλεῖται δὲ ὑπ' αὐτοῦ ἡ φυσικὴ ἔννοια καὶ ἐπιστήμη ἁπλῆ, καὶ πτέρωμα ψυχῆς,

Cum vero ea quæ per memoriã sensumq; opinione sunt concepta, anima cogitatione refingens, ad ea respicit, tanquam illa à quibus ista manarunt, pictiõnem quandam ac imaginationem interdum Plato nominat. Cogitationem vero, animæ quasi secum agentis colloquium. Sermonem autem, quodã cogitatione per os unà effluit cũ voce. Intellectio verò est operatio intellectus, prima intelligibilia contemplantis. Quæ duplex videtur esse: Vna animæ, quæ priusquam descendat in corpus, sua tum intelligibilia contuetur: Al[redacted]era ejusdem, postquam in hoc [redacted]mersa est corpus. Quarum prior[redacted] quæ ante demersum in corpore [redacted]uit animum, hoc ipsum proprie vocabatur Intellectio: altera vero, cum jam in corpore versatur, sicut prius intellectio, ita tũ naturalis dicitur notitia: cũ nihil aliud sit, quã intellectio quædam in subjecta jam corpori anima. Quoties ergo intellectionẽ rationis ad gignendã scientiã accommodatæ dicimus principium, non eam de qua nunc loquimur intelligi volumus, sed eã potius quæ separato adhuc à corpore erat animo: quæ quidem, ut diximus, tunc intellectio, nunc naturalis dicitur notitia. Atque hanc ipsam Plato, cum scientiam simplicem, tum animæ alam,

non-

nonnunquã vero & recordationẽ nominat. Ex iis deniq; simplicibus scientiis naturalis scientiæq; effectrix constat ratio, quæ nobiscum nascitur. Cum itaq; sit duplex, & quæ scientiam & quæ opinionẽ gignit ratio; intellectio item & sensus: necesse est & iis objecta quædã subjici; intelligibilia videlicet & sensibilia. Et quoniam intelligibilium quædam prima sunt, ut ideæ: quædam secunda ut quæ in materia sunt, species, & ab illa separari nequeunt: intellectio quoq; duplex erit, primorum una, altera secundorum. Rursusq; quoniam in ipsis etiã sensibilibus quædã prima sunt, ceu qualitates, ut color, albedo: alia secundũ accidens, ut album, coloratũ; & quod concretum est, ut ignis, mel: eodẽ quoq; modo sensus primus primorũ erit, secundus secundorũ. Prima intelligibilia intellectio judicat, non sine ratione ea, quã scientiam gignere diximus, per comprehensionem quãdam sine discursu. Secunda vero eadẽ effectrix scientiæ ratio, non sine intellectione. Sensibilia autẽ ea quæ prima sunt & secunda sensus judicat, non sine ea ratione tamẽ quæ cũ opinione est conjuncta. Id vero quod concretũ est, ratio eadem, illa, non sine sensu tamen. Cumque intelligibilis mundus pri-

ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ μνήμη. ἐκ δὲ τούτων ἁπλῶν οὐσῶν ἐπιστημῶν ὁ φυσικὸς καὶ ἐπιστημονικὸς συνέστηκε λόγος, φύσει ἐνυπάρχων. οὐκοῦν ὄντος καὶ ἐπιστημονικοῦ λόγου καὶ δοξαστικοῦ, οὔσης δὲ καὶ νοήσεως καὶ αἰσθήσεως, ἔστι καὶ τὰ τούτοις ὑποπίπτοντα, οἷον τὰ νοητὰ καὶ αἰσθητά. καὶ ἐπεὶ τῶν νοητῶν τὰ μὲν πρῶτα ὑπάρχει ὡς αἱ ἰδέαι, τὰ δὲ, δεύτερα, ὡς τὰ εἴδη τὰ ἐπὶ τῇ ὕλῃ ἀχώριστα ὄντα τῆς ὕλης. καὶ νόησις ἔσται διττή· ἡ μὲν τῶν πρώτων, ἡ δὲ τῶν δευτέρων. καὶ πάλιν ἐπεὶ τῶν αἰσθητῶν ἔστι τὰ μὲν πρῶτα, ὡς αἱ ποιότητες, οἷον χρῶμα, λευκότης. τὰ δὲ, κατὰ συμβεβηκὸς, οἷον τὸ λευκὸν τὸ κεχρωσμένον, μετὰ δὲ ταῦτα τὸ ἄθροισμα οἷον πῦρ, μέλι· οὕτω δὴ καὶ αἴσθησις ἡ μέν τις ἔσται τῶν πρώτων πρώτη λεγομένη. ἡ δὲ, τῶν δευτέρων δευτέρα. τὰ μὲν δὴ πρῶτα νοητὰ νόησις κρίνει οὐκ ἄνευ τοῦ ἐπιστημονικοῦ λόγου περιλήψει τινὶ, καὶ οὐ διεξόδῳ· τὰ δὲ δεύτερα ὁ ἐπιστημονικὸς λόγος, οὐκ ἄνευ νοήσεως. τὰ δὲ πρῶτα αἰσθητὰ καὶ τὰ δεύτερα ἡ αἴσθησις κρίνει. οὐκ ἄνευ τοῦ δοξαστικοῦ λόγου, τὸ δὲ ἄθροισμα ὁ δοξαστικὸς λόγος οὐκ ἄνευ τῆς αἰσθήσεως. τοῦ νοητοῦ δὴ κόσμου πρώτου ὄντος.

νοητοῦ,

νοητοῦ, τοῦ δ' αἰσθητοῦ ἀθροίσματος, τὸν μὲν νοητὸν κόσμον κρίνει νόησις μετὰ λόγου, τουτέστιν οὐκ ἄνευ λόγου. τὸν δὲ αἰσθητὸν ὁ δοξαστικὸς λόγος οὐκ ἄνευ αἰσθήσεως. οὔσης δὲ θεωρίας καὶ πράξεως, ὁ ὀρθὸς λόγος οὐχ ὁμοίως κρίνει τὰ τῇ θεωρίᾳ ὑποπίπτοντα, καὶ τὰ πρακτά. ἀλλ' ἐν μὲν τῇ θεωρίᾳ ἐπισκοπεῖ τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ μὴ οὕτως ἔχον· ἐν δὲ τοῖς πρακτοῖς τί τὸ οἰκεῖον, καὶ τί τὸ ἀλλότριον, καὶ τί τὸ πραττόμενον. τῷ γὰρ ἔχειν ἔννοιαν φυσικὴν καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ τῷ λόγῳ χρώμενοι καὶ ἀναφέροντες ἐπὶ τὰς φυσικὰς ἐννοίας ὡς ἐπὶ μέτρα τινὰ ὡρισμένα, κρίνομεν εἴτε οὕτως ἔχει τάδε τινά, εἴτε καὶ ἑτέρως.

mum sit intelligibile, sensibilis verò concretũ quiddam: illum intellectio cum ratione, id est non sine ratione dijudicat, hunc ea quæ cum opinione conjuncta est ratio, non sine sensu. Et cum contemplatio sit, sit & actio, recta tamen ratio haud eodem modo discernit quæ contemplationi & quæ actioni sunt subjecta. Etenim in contemplatione quid verum, quid falsum, in iis quæ ad actionem pertinent, quid proprium, quid alienum, quid hoc sit quod agitur, considerat. Ex eo enim quod insitam pulchri nobis boniq; notionem habemus, ratione utendo, eamq; ad naturales illas notiones veluti ad definitas quasdem normas referendo, bonane an mala sint singula, dijudicamus.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΗΣ διαλεκτικῆς στοιχείου καὶ τοῦ τέλους αὐτῆς.

Κεφ. ε.

Τῆς διαλεκτικῆς δὲ στοιχειωδέστατον ἡγεῖται πρῶτον μὲν τὸ τὴν οὐσίαν ἐπιβλέπειν παντὸς ὁτουοῦν· ἔπειτα περὶ τῶν συμβεβηκότων. ἐπισκοπεῖ δὲ αὐτὸ μὲν ὅ ἐστιν ἕκαστον, ἢ ἄνωθεν

DE ELEMENTO

Dialecticæ & fine.

CAP. V.

Dialecticæ facultatis elementum primum Plato esse vult, in primis rei cujusque essentiam, deinde quæ accidunt illi advertere. Quid autem unumquodque sit considerat, vel à superioribus dividendo atque

que definiendo, vel ordine converso, resolvendo, Ea vero quæ accidunt, & essentiis adhærent, vel ex iis quæ continentur per inductionem, vel ex iis quæ continent per ratiocinationẽ: ut meritò Dialecticæ partes, Divisio Definitio Resolutio Inductio statuatur ac Ratiocinatio. Divisionum igitur alia est generis in species distributio, alia totius in partes: ut cum animam in partem rationalem, & eam quæ perturbationibus obnoxia est, & hanc ipsam rursus in eam quæ appetendi & quæ irascendi vim continet, dividimus. Alia est insuper vocis in significata divisio, quoties idẽ unumq; rebus accomodatur pluribus. Tertia accidentium in subjecta divisio, ut cum dicimus. Bonorũ quædam ad animum, quædam ad corpus pertinere: quædam externa esse. Quarta subjectorum in accidentia: ut cum dicimus, hominũ quosdã bonos, nonnullos malos, medios esse alios. Divisione igitur generis in species primo utendũ est, quoties quæ rei uniuscujusq; sit essentia, volumus dignoscere. Id autem absque definitione fieri nequit. Ex divisione autem hoc pacto conficitur definitio. Rei definiendæ genus sumendũ est. sicut

διαιρετικῶς καὶ ὁριστικῶς, ἢ κάτωθεν ἀναλυτικῶς. τὰ δὲ συμβεβηκότα καὶ τὰ ὑπάρχοντα τῶν οὐσιῶν ἢ ἐκ τῶν περιεχομένων δι᾿ ἐπαγωγῆς, ἢ ἐκ τῶν περιεχόντων διὰ συλλογισμοῦ. ὥστε κατὰ λόγον εἶναι τῆς διαλεκτικῆς, τὸ μὲν, διαιρετικόν, τὸ δὲ ὁριστικόν, τὸ δὲ, ἀναλυτικόν. καὶ προσέτι ἐπαγωγικόν τε καὶ συλλογιστικόν. διαίρεσις μὲν τοίνυν ἐστὶν, ἡ μὲν γένους εἰς εἴδη τομὴ ἡ δὲ, ὅλου εἰς μέρη ὡς ἡνίκα τέμνοιμεν τὴν ψυχὴν, εἴς τε τὸ λογικὸν, καὶ εἰς τὸ παθητικόν. καὶ αὖ πάλιν τὸ παθητικὸν εἴς τε τὸ θυμικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικόν. ἡ δὲ φωνῆς τομὴ εἰς σημαινόμενα, ὁπόταν ἓν καὶ ταὐτὸν ὄνομα εἰς πλείω πράγματα ἐπιτάττηται· ἡ δὲ, συμβεβηκότων εἰς ὑποκείμενα· ὡς ὅταν φῶμεν τῶν ἀγαθῶν, τὰ μὲν περὶ ψυχὴν, τὰ δὲ, περὶ σῶμα, τὰ δὲ ἐκτός. ἡ δὲ, ὑποκειμένων εἰς συμβεβηκότα ὡς ὅταν φῶμεν τῶν ἀνθρώπων τοὺς μὲν ἀγαθοὺς εἶναι τοὺς δὲ, κακοὺς, τοὺς δὲ, μέσους. τῇ τοίνυν τοῦ γένους πρώτου εἰς εἴδη τομῇ χρηστέον διὰ τὸ περὶ τοῦ διαγινώσκειν αὐτὸ ἕκαστον ὅ ἐστι κατὰ τὴν οὐσίαν. τοῦτο δὲ ἄνευ ὅρου οὐκ ἂν γένοιτο. ὁ δὲ ὅρος ἐκ διαιρέσεως γίνεται τοῦτον τὸν τρόπον. τοῦ μέλλοντος ὅρῳ ὑποπίπτειν πράγματος δεῖ τὸ γένος λαβεῖν, ὡς τοῦ ἀνθρώπου τὸ ζῷον,

ἔπειτα τοῦτο τέμνειν κατὰ τὰς προσεχεῖς διαφορὰς καθιέντας μέχρι τῶν εἰδῶν· οἷον εἰς λογικὸν καὶ ἄλογον, καὶ θνητὸν καὶ ἀθάνατον. ὥστε εἰ συντεθεῖεν αἱ προσεχεῖς διαφοραὶ τῷ γένει τῷ ἐξ αὐτῶν, ὅρον ἀνθρώπου γίνεσθαι. ἀναλύσεως δὲ εἴδη ἐστὶ τρία. ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ πρῶτα νοητὰ ἄνοδος· ἡ δὲ, διὰ τῶν δεικνυμένων καὶ ὑποδεικνυμένων ἄνοδος ἐπὶ τὰς ἀναποδείκτους καὶ ἀμέσους προτάσεις. ἡ δὲ, ἐξ ὑποθέσεως ἀνιοῦσα ἐπὶ τὰς ἀνυποθέτους ἀρχάς. ἡ μὲν δὲ πρώτη τοιάδε τίς ἐστιν. οἷον ἂν ἀπὸ τοῦ περὶ τὰ σώματα καλοῦ μετίωμεν ἐπὶ τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς καλόν. ἀπὸ τούτου δὲ ἐπὶ τὸ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν. εἶτα ἀπὸ τούτου ἐπὶ τὸ ἐν τοῖς νόμοις. εἶτ' ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τοῦ καλοῦ. εἶτα οὕτω μεταβαίνοντες εὕροιμεν λοιπὸν τὸ αὐτὸ καλόν. τὸ δεύτερον εἶδος τῆς ἀναλύσεως τοιοῦτόν τι ἐστίν. ὑποθέσθαι δεῖ τὸ ζητούμενον καὶ θεωρεῖν τίνα ἐστὶ πρότερα αὐτοῦ καὶ ταῦτα ἀποδεικνύειν ἀπὸ τῶν ὑστέρων ἐπὶ τὰ πρότερα ἀνιόντα, ἕως ἂν ἔλθωμεν ἐπὶ τὸ πρῶτον καὶ ὁμολογούμενον. ἀπὸ τούτου δὲ ἀρξάμενοι ἐπὶ τὸ ζητούμενον κατελευσόμεθα συνθετικῷ

hominis animal. Id deinceps per proximas partiendum differentias, usq; ad species descendendo, ut in rationale & rationis expers, mortale & immortale. Sic enim, si proximæ adjiciantur generi differentiæ, hominis constituetur definitio. Resolutionis tres sunt species. Vna est qua à sensibilibus ad intelligibilia prima ascendimus. Alia, quâ per demonstrata & subdemonstrata ad primas & quæ medio carent propositiones ascendimus. Postrema, quæ ex suppositione ad ea quæ sine suppositione sumuntur pergit principia. Et prima quidem hujusmodi est, ut si ab eo quod in corpore dicimus pulchrum, ad illud quod in animo dicitur pulchrū, transeamus: ab eo ad illud quod in vitæ officiis versatur, ac deinde ab eo ad illud quod in legibus; atq; ita porro ad immensū pulchritudinis mare: ut iis quasi gradibus, ipsū quod reliquum est intueamur pulchrum. Secunda resolutionis species hoc modo fit: Supponendum id quod quæritur, & quæ priora sunt consideranda, eaq; demonstranda, à posterioribus ad superiora progrediendo, donec ad primum & id quod in confesso est perveniamus: à quo sumpto rursus initio, ad id quod quærebatur compositionis modo regredie-

dicemur. Quæro exempli gratia, an immortalis sit animus, eoq; ipso supposito, an idē semper moveatur quæro, hoc demonstrato, iterū quæro, an id quod movetur semper, per se moveatur: quod cū rursus demonstraro, nū quod per seipsū movetur, motus principiū sit quæro: postremo, utrū origine careat principiū: quod quidem ut certissimum à cunctis admittitur; ingenitum quippe quod est, interitus quoq; est expers. A quo cum sit perspicuū, demonstrationem colligam ejusmodi: Si principiū, originis expers erit & interitus. At quod per se movetur motus est principium. Per se autem anima movetur: expers ergo & interitus, & originis, & immortalis est anima. Quæ vero ex suppositione est, hujusmodi est resolutio. Qui aliquid quærit, illud primo ipsum supponit, deinde quid ex supposito sequatur advertit. Tum vero si ipsius suppositionis reddenda sit ratio, alio supposito, quærit, utrum id quod prius fuerat suppositum, rursus ad aliam sequatur suppositionem. Idemque semper observat, donec ad illud, quod non amplius ex suppositione sumitur, pervenerit principium. Inductio autem omnis est disputandi via & ratio, quæ vel à simili ad simi-

περί τινος. οἷον ζητῶ εἰ ἀθάνατός ἐστιν ἡ ψυχή· ὑποθέμενος αὐτὸ τοῦτο ζητῶ εἰ ἀεικίνητος· καὶ τοῦτο ἀποδείξας, ζητῶ εἰ τὸ ἀεικίνητον αὐτοκίνητον· καὶ πάλιν τοῦτο ἀποδείξας σκοπῶ εἰ τὸ αὐτοκίνητον ἀρχὴ κινήσεως, εἶτα εἰ ἡ ἀρχὴ ἀγέννητος. ὅπερ τίθενται ὡς ὁμολογούμενον τοῦ ἀγεννήτου καὶ ἀφθάρτου ὄντος. ἀφ' οὗ ἀρξάμενος ἐναργοῦς ὄντος, συνθήσω τοιαύτην ἀπόδειξιν. εἰ ἡ ἀρχὴ, ἀγέννητον καὶ ἄφθαρτον· ἀρχὴ κινήσεως τὸ αὐτοκίνητον· τὸ αὐτοκίνητον δὲ ψυχή· ἄφθαρτος ἄρα καὶ ἀγέννητος καὶ ἀθάνατος ἡ ψυχή. ἡ δὲ ἐξ ὑποθέσεως ἀνάλυσίς ἐστι τοιαύτη· ὁ ζητῶν τι, ὑποτίθεται αὐτὸ ἐκεῖνο· εἶτα τῷ ὑποτεθέντι σκοπεῖ τί ἀκολουθεῖ, καὶ μετὰ τοῦτο, εἰ δέοι λόγον ἀποδιδόναι τῆς ὑποθέσεως, ἄλλην ὑποθέμενος ὑπόθεσιν, ζητεῖ εἰ τὸ πρότερον ὑποτεθὲν πάλιν ἐστὶν ἀκόλουθον ἄλλῃ ὑποθέσει. καὶ τοῦτο, μέχρις ἂν οὐκ ἐπί τινα ἀρχὴν ἀνυπόθετον ἔλθοι, ποιεῖ. ἐπαγωγὴ δέ ἐστι πᾶσα, ἡ διὰ λόγων μέθοδος, ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμοίου ἐπὶ τὸ ὅμοιον μετιοῦσα, ἢ ἀπὸ τῶν καθέκαστα ἐπὶ τὰ κα-

θόλου.

καθόλου. χρησιμωτάτη δὲ ἡ ἐπαγωγὴ εἰς τὸ ἀνακινεῖν τὰς φυσικὰς ἐννοίας.

ΤΩΝ ΕΙΔΩΝ ΤΗΣ προτάσεως καὶ συλλογισμοῦ τινα.

Κεφ. ϛ.

Τοῦ δὲ λόγου, ὃν καλοῦμεν πρότασιν, δύο ἐστὶν εἴδη· τὸ μὲν, κατάφασις, τὸ δὲ ἀπόφασις. κατάφασις μὲν οὖν τὸ τοιοῦτο, Σωκράτης περιπατεῖ· ἀπόφασις δὲ τὸ τοιοῦτο Σωκράτης οὐ περιπατεῖ. τῆς δὲ ἀποφάσεως καὶ καταφάσεως, ἡ μὲν ἐστι καθόλου, ἡ δὲ ἐπὶ μέρους. ἐπὶ μέρους μὲν καταφατικὴ ἡ τοιαύτη: τὶς ἡδονὴ ἀγαθόν· ἀποφατικὴ δὲ τοιαύτη τὶς ἡδονὴ οὐκ ἀγαθόν. καθόλου δὲ καταφατικὴ μὲν ἡ τοιαύτη, πᾶν τὸ αἰσχρὸν κακόν. ἀποφατικὴ δὲ ἡ τοιαύτη, οὐδὲν τῶν αἰσχρῶν ἀγαθόν. τῶν δὲ προτάσεων αἱ μὲν κατηγορικαί εἰσιν, αἱ δὲ ὑποθετικαί. κατηγορικαὶ μὲν ἁπλαῖ, οἷον, πᾶν δίκαιον καλόν· ὑποθετικαὶ δέ εἰσιν αἱ ἀκολουθίαν δηλοῦσαι, ἢ μάχην. χρῆται δὲ ὁ Πλάτων καὶ τῇ τῶν συλλογισμῶν πραγματείᾳ, ἐλέγχων τε καὶ ἀποδεικνύων· ἐλέγχων μὲν διὰ ζητήσεως τὰ ψευδῆ, ἀποδεικνύων δὲ διά τινος διδασκαλίας, τὰ ἀληθῆ, ἔστι δὲ ὁ

le, vel à singulis transit ad universa. Quæ quidem ad excitandas naturales quas vocant multũ confert notiones.

SPECIES PROPOSITIONIS & Syllogismi.

CAP. VI.

ORationis ejus quam Propositionem vocamus, duæ sunt species; Affirmatio altera, altera Negatio. Affirmatio talis est, Socrates ambulat. Negatio talis, Socrates non ambulat. Affirmationum autem & Negationum, alia Vniversalis, alia Particularis est. Et Particularis quidem affirmativa talis est, Quædam voluptas bonum. Negativa, Quædam voluptas non bonum. Vniversalis affirmativa, Omne turpe malum. Negativa universalis, Nullum turpe bonum. Ex propositionibus, aliæ Categoricæ sunt, aliæ Hypotheticæ. Categoricæ, quæ simplices, ut omne justum bonum. Hypotheticæ, quæ consequentiam inferunt vel repugnantiã. Syllogismorum etiam modis utitur Plato, tum redarguens, tum demonstrans. Redarguens quæ falsa sunt, interrogando; demonstrans quæ vera sunt, docendo. Syllogismus porro ora-

oratio in qua positis quibusdam aliud ab iis quæ posita sunt, vi tamen eorum quæ posita sunt, necessario efficitur. Syllogismorum alij Categorici, alij sunt Hypothetici, alij ex utrisq; mixti. Et Categorici quidem, quorum tam assumptiones quàm conclusiones simplices sunt propositiones. Hypothetici, qui ex hypotheticis fiunt propositionibus. Mixti, qui utrumq; complectuntur. Vtitur autem Plato demonstrativis argumentationibus, in iis in quibus mentem suam exponit dialogis: probabilibus, adversus sophistas & juvenes: contentiosis, adversus illos, qui propriè contentiosi vocantur, Euthydemum dicis causa, & Hippiam. Cum vero Categoricæ argumentationis figuræ tres sunt, Prima est, in qua terminus communis de hoc quidem dicitur, illi vero subjicitur. Secunda, in qua terminus communis de utrisque prædicatur. Tertia, in qua terminus communis utrisq; subjicitur. Terminos dico, propositionum partes. ut in hac, homo est animal, hominem & animal terminos vocamus. Atq; in prima quidem figura sæpe interrogat Plato, ut & in secunda & tertia. Et in prima quidem, sic in Alcibiade: Quæ justa sunt, honesta sunt: quæ

συλλογισμὸς λόγος ἐν ᾧ τεθέντων τινῶν ἕτερόν τι τῶν κειμένων, δι' αὐτῶν τῶν τεθέντων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει. τῶν δὲ συλλογισμῶν οἱ μέν εἰσι κατηγορικοί, οἱ δέ, ὑποθετικοί, οἱ δέ, μικτοί. ἐκ τούτων κατηγορικοὶ μέν, ὧν καὶ τὰ λήμματα καὶ τὰ συμπεράσματα ἁπλαῖ προτάσεις· ὑποθετικοὶ δέ, οἱ ἐξ ὑποθετικῶν προτάσεων· μικτοὶ δέ, οἱ τὰ δύο συνειληφότες. χρῆται δὲ ὁ ἀνὴρ τοῖς μὲν ἀποδεικτικοῖς ἐν τοῖς ὑφηγητικοῖς διαλόγοις, τοῖς δὲ ἐνδόξοις πρὸς τοὺς σοφιστάς τε καὶ νέους, τοῖς δὲ ἐριστικοῖς πρὸς τοὺς ἰδίως λεγομένους ἐριστικούς· οἷον Εὐθύδημον φέρε καὶ Ἱππίαν. τῶν δὲ κατηγορικῶν σχημάτων ὄντων τριῶν, καὶ τοῦ μὲν πρώτου ἐν ᾧ ὁ κοινὸς ὅρος τοῦ μὲν κατηγορεῖται τῷ δὲ ὑπόκειται· τοῦ δὲ δευτέρου ἐν ᾧ ὁ κοινὸς ὅρος ἀμφοτέρων κατηγορεῖται· τοῦ δὲ τρίτου ἐν ᾧ ὁ κοινὸς ὅρος ἀμφοτέροις ὑπόκειται. ὅρους δέ φημι τὰ μέρη τῶν προτάσεων. οἷον ἐπὶ τῆς, ὁ ἄνθρωπος ζῷον, τὸν ἄνθρωπον ὅρον φαμὲν καὶ τὸ ζῷον· καὶ κατὰ τὸ πρῶτον σχῆμα ἐρωτᾷ λόγους πολλάκις ὁ Πλάτων καὶ κατὰ τὸ δεύτερον καὶ τὸ τρίτον. καὶ κατὰ μὲν τὸ πρῶτον οὕτως ἐν Ἀλκιβιάδῃ· τὰ δίκαια καλά, τὰ καλὰ ἀγαθά, τὰ

δίκαια ἄρα ἀγαθά. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον ὡς ἐν Παρμενίδῃ οὕτως· ὃ μὴ ἔχει μέρη οὔτε εὐθύ ἐστιν οὔτε στρογγύλον, τὸ δὲ μετέχον σχήματος ἢ εὐθύ ἐστιν ἢ στρογγύλον, ὃ ἄρα μὴ ἔχει μέρη, οὐδὲ σχήματος μετέχει. κατὰ δὲ τὸ τρίτον οὕτως ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ· τὸ μετέχον σχήματος ποιόν ἐστι, τὸ μετέχον σχήματος πεπεράτωται, τὸ ἄρα ποιὸν πεπεράτωται· τοὺς δὲ ὑποθετικοὺς ἐν πολλοῖς βιβλίοις εὑρήσομεν ἐρωτωμένους ὑπ' αὐτοῦ, μάλιστα δ' ἐν τῷ Παρμενίδῃ τοιούτους εὕροιμεν ἂν λόγους. εἰ μὴ ἔχοι μέρη τὸ ἓν οὔτε ἀρχὴν οὔτε μέσον, οὔτε τελευτὴν ἔχει, εἰ μήτε ἀρχὴν, μήτε μέσον, μήτε τελευτὴν ἔχει, οὐδὲ πέρας ἔχει. εἰ μὴ ἔχει πέρας, οὐδὲ σχήματος μετέχει. εἰ ἄρα μὴ ἔχει μέρη τὸ ἕν, οὐδὲ σχήματος μετέχει. κατὰ δὲ τὸ δεύτερον ὑποθετικὸν σχῆμα ὃ οἱ πλεῖστοι τρίτον φασί, καθ' ὃ ὁ κοινὸς ὅρος ἀμφοτέροις τοῖς ἄκροις ἕπεται, οὕτως ἐρωτᾷ· εἰ μὴ ἔχει μέρη τὸ ἓν οὔτε εὐθύ ἐστιν οὔτε στρογγύλον, εἰ μετέχει σχήματος ἢ εὐθύ ἐστιν ἢ στρογγύλον, εἰ ἄρα μὴ ἔχει μέρη οὐ μετέχει σχήματος. καὶ μὴν καὶ κατὰ τὸ τρίτον σχῆμα πρός τινων δὲ δεύτερον, καθ' ὃ ὁ κοινὸς ὅρος ἀμφοτέρων ἡγεῖται, ἐν τῷ

justa ergo sunt bona. In secunda, ut in Parmenide. Quod partes nullas habet, nec rectum est nec rotundum: at quicquid figuræ est particeps, aut rectum aut rotundum est: quod ergo partes non habet, figuræ nullius est particeps. In tertia sic eodem in libro: Quod figuræ est particeps, quale est, quod figuræ particeps, finitum: quod ergo est quale, finitum est. Sed & per ratiocinationes Categoricas sæpe interrogare Platonem videbimus, præcipue vero in Parmenide, ejusmodi: Si non habet partes ipsum unum, nec principium nec finem nec medium habet: quod si principium, medium, finemque non habet, nec extremum habebit: si extremum non habet, ne figuræ quidem est particeps. Ergo si non habet partes ipsum unum, nullius figuræ particeps est. Per secundam vero hypotheticæ ratiocinationis figuram, quam plurimi tertiam dicunt, in qua scilicet commune extremum utraque sequitur, hunc in modum quærit: Si non habet partes ipsum unum, neque rectum est, neque rotundum: si figuræ est particeps aut rectum aut rotundum est: idcirco si partes non habet, ne figuræ quidem particeps erit. Quin-etiam figuram tertiã quam nonnulli secundã

esse volunt, in qua commune extremum duo reliqua antecedit, in Phædone sic argumentatur: Si scientiam ipsius æqualis adepti, oblivioni non tradidimus, profectò scimus, sin autem obliti sumus, reminiscimur. Sed & mixtis ratiocinationibus, quæ per consequentiam aliquid efficiunt, sic utitur: Si unum totū est & finitū, hoc, principiū media finemq; habens, figuræ quoque est particeps: verū antecedens, verū igitur consequens. Eorū autē quæ per consequentiā evertunt, ex eo ipso differentiæ considerantur. Cum quis diligenter igitur, facultates animi, variasq; hominum differentias, necnon diversas orationis formas, quæ huic aut illi accommodet, perspectas habet, quis præterea quibus persuaderi possit rationibus, accurate observarit, hic si occasionem fuerit nactus commodam, & ad usum accommodatam suum, perfectus erit orator. Fallaciarum quoque captionumq; rationem, si rectè inspiciamus, in Euthydemo à Platone delineatam inveniemus. Nam & quæ in vocibus, & quæ in rebus ipsis committuntur, tum quo pacto solvi debeant, ibiostenditur. Sed & de-

Φαίδωνι οὕτως ἐρωτᾷ· εἰ λαβόντες τὴν τοῦ ἴσου ἐπιστήμην οὐκ ἐπιλελήσμεθα, ἐπιστάμεθα, εἰ δὲ ἐπιλελήσμεθα ἀναμιμνησκόμεθα. καὶ τῶν μικτῶν δὲ μέμνηται. τῶν μὲν ἐξ ἀκολουθίας κατασκευαστικῶν οὕτως· εἰ τὸ ἓν ὅλον ἐστὶ καὶ πεπερασμένον, τοῦτο ἀρχὴν καὶ μέσον καὶ τελευτὴν ἔχον, καὶ σχήματος μετέχει· τὸ δὲ ἡγούμενον, τὸ ἄρα λῆγον. τῶν δὲ ἐξ ἀκολουθίας ἀνασκευαστικῶν ἔχουσι τὰς διαφορὰς κατ' αὐτὸ θεωρεῖσθαι. ὅταν οὖν τις ἀκριβῶς κατίδῃ τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις, καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων διαφορὰς καὶ τὰ εἴδη τῶν λόγων ἃ προσαρμόττει τῇ δὲ ἢ τῇ δὲ τῇ ψυχῇ, ἐξέσεις τ' αἰσθάνεσθαι καὶ ὁποῖος ὑπὸ τίνων λόγων καὶ ὁποίων πείθεσθαι δύναται, οὗτος εἰ προσλάβοι καὶ τὸν καιρὸν τῆς χρήσεως τὸν προσήκοντα, τέλειος ἔσται ῥήτωρ καὶ ἡ ὀρθοεπεία αὐτοῦ δυνάμεως ἂν λέγοιτο ἐπιστήμη τοῦ εὖ λέγειν. καὶ τὴν τῶν σοφισμάτων δὲ μέθοδον εὕροιμεν ἂν ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος ὑπογεγραμμένην ἐν τῷ Εὐθυδήμῳ, εἰ ἀκριβῶς ἐντυγχάνοιμεν τῷ βιβλίῳ. ὡς τι ἐν αὐτῷ ὑποδεῖξαι τινὰ μὲν περὶ τὴν φωνήν ἐστι σοφίσματα· τινὰ δὲ περὶ τὰ πράγματα, καὶ τὰς λύσεις αὐ-

τῶν

τῶν· καὶ μὴν τὰς δέκα κατηγορίας ἔν τε τῷ Παρμενίδῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπέδειξε, τὸν ἐτυμολογικὸν δὲ τόπον ὅλον ἐν τῷ Κρατύλῳ διεξέρχεται. ἁπλῶς δὲ ἱκανώτατος ὁ ἀνὴρ καὶ θαυμαστὸς τῆς τε ὁριστικῆς καὶ διαιρετικῆς πραγματείας. αἳ πᾶσαι δεικνύουσι μάλιστα τὴν δύναμιν τῆς διαλεκτικῆς. τὰ δὲ ἐν τῷ Κρατύλῳ τοιοῦτον ἔχει τὸν νοῦν. ζητεῖ γὰρ πότερον φύσει τὰ ὀνόματά ἐστιν ἢ θέσει. ἀρέσκει δὲ αὐτῷ θέσει ὑπάρχειν τὴν ὀρθότητα τῶν ὀνομάτων, οὐ μὴν ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ὡς τὴν θέσιν γίνεσθαι ἀκόλουθον τῇ τοῦ πράγματος φύσει· μηδὲν γὰρ ἄλλο τὴν ὀρθότητα εἶναι τοῦ ὀνόματος, ἢ τὴν σύμφωνον τῇ φύσει τοῦ πράγματος θέσιν· μήτε δὲ τὴν θέσιν τὴν ὁποιανοῦν ποτε τοῦ ὀνόματος αὐταρκῆ εἶναι καὶ ἀποχρῶσαν πρὸς ὀρθότητα, μήτε τὴν φύσιν καὶ τὴν πρώτην ἐκφώνησιν, ἀλλὰ τὸ ἐξ ἀμφοῖν· ὡς τὸ εἶναι παντὸς ὀνόματος κατὰ τὸ οἰκεῖον τῇ τοῦ πράγματος φύσει κείμενον· οὐ γὰρ δή που ἂν τὸ τυχὸν τῷ τυχόντι τεθῇ, σημαίνει τὸ ὀρθόν· οἷον εἰ ἵππον θείμεθα ἀνθρώπῳ ὄνομα, καὶ γάρ τοι τὸ λέγειν μία δή τίς ἐστι τῶν πράξεων· ὥστε οὐχ ὅπως δήποτε λέγων, ὀρθῶς ἂν λέγοι· ἀλλ' εἰ οὕτω λέγοι ὡς

cem prædicamenta, tum in ipso Parmenide, tum in aliis dialogis delibavit. Locum vero ab etymologia totum in Cratylo complexus est. Denique, ut paucis dicam, præ cæteris admirãdus in dividendo, definiendoque, quæ duo Dialecticæ vim maxime testantur, Plato noster extitit. Eorum autem quæ in Cratilo tradit, mens hæc est. Ibi enim quærit, utrum vi & ratione naturæ, an vero positu facta sint nomina: placetque illi positu quodam constare nominum rectitudinem: neque tamen id temere, & fortuito, verum ut ipsam rerum naturam secuta videatur ejusmodi positio: neque enim aliud esse nominum rectitudinem, quam impositionem rei ipsius naturæ consonam. Quare nec quamlibet impositionem nominis ad rectitudinem sufficere, neque rursus naturam, primumq; vocis sonum, sed quod ex utrisque compositum: ut quodvis nomen ponatur convenienter rei & proprie. Non enim si quodlibet nomen temere cuilibet adhibeatur, recte significabit: ut si equi nomen imponamus homini. Siquidem loqui, quædam est actio. Quare non quocunque quis loquatur modo, recte loqui existimandus est: verum si ita, ut ipsarum natura rerum requirit, sic erit locutus. Quoniam vero ipsius

locutionis pars quædam est, nominis expressio, ut orationis pars nomen, recte vel non recte nominare, haud qualibet certe positione fiet nominum, sed per naturalem cum re ipsa cognitionem nominis. Vt is rectus demum nominum futurus sit conditor, qui ipso, rerum naturam exprimet nomine. Rei siquidem instrumentum nomen est: non quodcunque sors obtulit, sed quod naturæ congruum. Quare hujus beneficio, alter communicamus res cum altero, & discernimus. Ex quo sequitur nihil aliud esse quam docendæ cuiq; & discernendæ rei instrumentum accommodũ, quemadmodum telæ radius textoris. Ad Dialecticum ergo & hoc pertinebit, recte uti nominibus. Sicut enim radio textor, ut qui proprium ejus usum agnoscit, recte utitur, cum eum faber fecerit: ita nomine quod alius formaverit, recte & ut oportet, utetur Dialecticus. Et ut clavum efficere fabri, uti autem recte gubernatoris est: sic quoque nominum formator, recte statuet nomina, si tanquam præsente Dialectico id fecerit: quippe qui perspectas rerum quæ significantur nominibus habet naturas. Atque

τὰ πράγματα πέφυκεν. ἐπεὶ δὲ τοῦ λέγειν μέρος ἐστὶ τὸ ὀνομάζειν, ὡς καὶ τοῦ λόγου μέρος τὸ ὄνομα, τὸ ὀρθῶς καὶ μὴ ὀρθῶς ὀνομάζειν οὐ κατὰ θέσιν ὁποιανοῦν γένοιτ' ἂν ἀλλὰ κατά τινα φυσικὴν τοῦ ὀνόματος οἰκειότητα πρὸς τὸ πρᾶγμα. καὶ οὗτος ἂν εἴη ὀνοματοθέτης ἄριστος, ὁ σημαίνων δι' ὀνόματος τὴν φύσιν τοῦ πράγματος. ἔστι γὰρ τὸ ὄνομα ὄργανον πράγματος οὐχ ὃ ἔτυχεν, ἀλλὰ τὸ κατάλληλον τῇ φύσει. καὶ διὰ τούτου διδάσκομεν ἀλλήλους τὰ πράγματα καὶ διακρίνομεν αὐτά, ὡς τοῦ εἶναι τὸ ὄνομα διδασκαλικόν τι καὶ διακριτικὸν τῆς ἑκάστου οὐσίας ὄργανον· ὡς ἡ κερκὶς τοῦ ὑφάσματος. περὶ τὸ διαλεκτικὸν δὴ καὶ τοῦτο ὑπάρξει τὸ τοῖς ὀνόμασιν ὀρθῶς χρῆσθαι. ὡς γὰρ κερκίδι χρήσαιτ' ἂν ὑφαντικὸς ἀνὴρ εἰδὼς αὐτῆς τὸ προσῆκον ἔργον, τέκτονος αὐτὴν δημιουργήσαντος· οὕτω καὶ ὁ διαλεκτικὸς ὀνοματοθέτου θέντος τοὔνομα χρήσαιτ' ἂν αὐτῷ κατὰ τρόπον καὶ προσφόρως. καὶ γὰρ τοῦ τέκτονος μὲν τὸ ποιῆσαι πηδάλιον, κυβερνήτου δὲ τὸ χρήσασθαι καλῶς. οὕτω γάρ τοι καὶ αὐτὸς ὁ ὀνοματοθέτης καλῶς ἂν χρήσαιτο τῇ θέσει, εἰ ὡς διαλεκτικοῦ παρόντος τοιοῖτο τὴν θέ-

θέσιν, τὴν φύσιν τῶν ὑποκειμένων ἐπισταμένου. τὸ μὲν δὴ διαλεκτικὸν ἐπὶ τοσοῦτον ὑπογεγράφθω.

Κεφ. ζ.

ΕΞΗΣ δὲ περὶ τοῦ θεωρητικοῦ λέγωμεν. τούτου τοίνυν τὸ μὲν εἴπομεν εἶναι θεολογικὸν, τὸ δὲ, φυσικὸν, τὸ δὲ, μαθηματικόν. καὶ ὅτι τοῦ μὲν θεολογικοῦ τέλος ἡ περὶ τὰ πρῶτα αἴτια καὶ ἀνωτάτω τε καὶ ἀρχικὰ, γνῶσις. τοῦ δὲ φυσικοῦ τὸ μαθεῖν τίς ποτ' ἐστὶν ἡ τοῦ παντὸς φύσις, καὶ οἷόν τι ζῶον ἄνθρωπος, καὶ τίνα χώραν ἐν κόσμῳ ἔχων, καὶ εἰ θεὸς προνοεῖ τῶν ὅλων, καὶ εἰ ἄλλοι θεοὶ τεταγμένοι ὑπὸ τούτῳ, καὶ τίς ἡ τῶν ἀνθρώπων πρὸς τοὺς θεοὺς σχέσις. τοῦ δὲ μαθηματικοῦ τὸ ἐπισκέψασθαι τὴν ἐπίπεδόν τε καὶ τριχῇ διεστηκυῖαν φύσιν. περὶ τε κινήσεως καὶ φορᾶς ὅπως ἔχει. προκείσθω δὲ ἡ τοῦ μαθηματικοῦ θεωρία ἐπὶ κεφαλαίων. αὕτη τοίνυν καὶ πρὸς ὀξύτητα διανοίας παρειλήφθη ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος θήγουσα τὴν ψυχὴν, καὶ πρὸς ἐπίσκεψιν τῶν ὄντων ἀκρίβειαν παρεχομένη. τὸ, τε περὶ τοὺς ἀριθμοὺς μόριον ὂν τῆς μαθημα-

hæc de Dialecticâ obiter quasi adumbrata sint.

C AP. VII.

Deinceps de contemplativa philosophia dicendum. Cujus aliud Theologicum, aliud Physicum, aliud Mathematicum. Et Theologi quidem, primarum cognitio causarum finis est. Physici, quæ sit mundi natura perdiscere: quale animal homo, quem in universo locum habeat: utrum rebus omnibus divina præsit providentia, aliosque sub se Deos habeat, tum ad hos ipsos, quo pacto se habeant homines. Mathematici finis, planam, & in tres porrectam dimensiones naturam cognoscere, motumque ac cœlestium progressus perpendere cujus primo summatim proponatur contemplatio. Hæc ad confirmandam mentis aciem à Platone excogitata: utpote quæ animam acuat, & ad rerum divinarum contemplationem promptiorem reddat. Illud autem ad numeros quod spectat, cum & ipsum pars sit Matheseos, non mediocrem ad ea quæ sunt percipienda vim suppeditat: sed ab

ab errore atque ignorantia quæ circa sensibilia versatur, nos liberat, & ad rerum cognoscendam recte essentiam præbet auxilium. Sed & ad gerenda bella reddit idoneum: præcipueque in ea quæ circa instruendas versatur acies scientia. Geometria quoque plurimum ad ipsius boni conferre intellectum videtur: si quis non mechanicæ dimensionis causa ipsam sectatur, sed ut ejus adminiculis ad ea quæ sunt ascendat, ne in iis quæ oriuntur quotidie & occidunt versetur. Quinetiam Stereometria, id est solidorum dimensio quam maxime utilis est. Post secundam enim accretionem ejus, sequitur ejus contemplatio, quod tertiam suscipit. Vtilis præterea, ut quarta quædam disciplina Astronomia est, per quam cœli syderumque motus, tum diei ac noctis, mensiumque & annorum consideramus artificem; & quasi familiari via quadam, ipsum investigamus qui hæc fecit omnia, & ab iis disciplinis tanquam a fundamento aliquo aut elementis, ad altiora progredimur. Sed & Musicam discere oportet, quam ad auditum referemus. Nam quemadmodum ad Astronomiam oculi creati sunt, sic ad harmoniam aures: Et sicut Astronomiæ cum

θηματικοῦ οὐχ ἣν ἔτυχεν οἰκειότητα ἐμποιεῖ πρὸς τὴν τοῦ ὄντος ἐπάνοδον, ἀλλὰ σχεδόν τι τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ πλάνης καὶ ἀγνοίας ἀπαλλάττει ἡμᾶς συνεργοῦν πρὸς τὴν τῆς οὐσίας γνῶσιν, πρὸς τοὺς πολέμους ἐπιτήδειον ὑπάρχει διὰ τὴν τῶν τακτικῶν θεωρίαν. τό γε μὴν κατὰ τὴν γεωμετρίαν ἐπιτηδειότατον καὶ αὐτὸ πρὸς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ γνῶσιν, ὅταν γέ τις μὴ πράξεως ἕνεκεν μετίῃ γεωμετρίαν, ἀλλὰ προσχρώμενος αὐτῇ ὡς ἐπὶ τὸ ὂν ἀεὶ ἀνιέναι, καὶ μὴ διατρίβειν περὶ τὸ γινόμενον καὶ ἀπολλύμενον. καὶ μὴν ἡ στερεομετρία χρησιμωτάτη· μετὰ γὰρ τὴν δευτέραν αὔξησιν ἀκόλουθος ἡ κατ' αὐτὴν θεωρία τρίτην αὔξησιν ἔχουσα. χρήσιμον δὲ ὥσπερ τι τέταρτον μάθημα καὶ ἡ ἀστρονομία, καθ' ἣν ἐν τῷ οὐρανῷ θεασόμεθα ἄστρων τε φορὰς καὶ οὐρανοῦ, καὶ τὸν δημιουργὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας, μηνῶν τε καὶ ἐνιαυτῶν· ἐξ ὧν κατά τινα οἰκείαν ὁδὸν καὶ τὸν ἁπάντων δημιουργὸν ζητήσομεν, μετιόντες ἀπὸ τούτων τῶν μαθημάτων ὥσπερ τινὸς ὑποβάθρας καὶ στοιχείων. καὶ μουσικῆς δὲ ἐπιμελησόμεθα, ἐπὶ τὰ ὦτα τὴν ἀκοὴν φέροντες. ὥσπερ γὰρ πρὸς ἀστρονομίαν ὄμματα συνεστήκαν,

στηκεν, οὕτως ἀκοὴ πρὸς τὸ ἐναρμόνιον, καὶ ὥσπερ ἀστρονομίᾳ τὸν νοῦν προσέχοντες, ἀπὸ τῶν ὁρωμένων ἐπὶ τὴν ἀόρατον καὶ νοητὴν οὐσίαν ποδηγούμεθα· οὕτω καὶ τῆς ἐναρμονίου φωνῆς κατακούοντες, ἀπὸ τῶν ἀκουστῶν ἐπὶ τὰ αὐτῷ τῷ νῷ θεωρούμενα κατὰ ταῦτα μεταβαίνομεν· ὡς εἰ μὴ οὕτω μετίοιμεν ταῦτα τὰ μαθήματα, ἀτελὴς ἡ καὶ ἀνόνητος καὶ οὐδενὸς λόγου ἀξία ἡ περὶ τούτων σκέψις γένοιτ' ἂν ἡμῖν. δεῖ γὰρ ὀξέως ἀπὸ τῶν ὁρατῶν καὶ ἀπὸ τῶν ἀκουστῶν μεταβαίνειν ἐπ' ἐκεῖνα ἃ ἔστιν ἰδεῖν μόνῳ τῷ τῆς ψυχῆς λογισμῷ. ἔστι γὰρ ἡ τῶν μαθημάτων ἐπίσκεψις ὡς ἂν προοίμιόν τι πρὸς τὴν τῶν ὄντων θεωρίαν. ἐφιέμεναι γὰρ τοῦ ὄντος λαμβάνεσθαι, γεωμετρία τε καὶ ἀριθμητικὴ καὶ αἱ ταύταις ἑπόμεναι, ὀνειρώττουσι μὲν περὶ τὸ ὄν· ὕπαρ δὲ αὐτὸ ἀδυνατοῦσιν ἰδεῖν, ἀγνοοῦσαι τάς τε ἀρχὰς καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν συγκείμενα. οὐδὲν δὲ ἧττον χρησιμώταται εἶναι τυγχάνουσι κατὰ τὰ εἰρημένα. ὅθεν οὐδὲ ἐπιστήμας ταῦτα τὰ μαθήματα ἔφησεν ὁ Πλάτων. ἡ μέντοι διαλεκτικὴ μέθοδος ἀπὸ τῶν γεωμετρικῶν ὑποθέσεων ἐπὶ τὰ πρῶτα καὶ ἀρχικὰ καὶ ἀνυπόθετα ἀνιέναι πέφυκεν. ὅθεν τὴν μὲν διαλεκτικὴν ἐπιστήμην προσ-

incumbimus, ab iis quæ oculis percipiuntur, ad invisibilem ducimur essentiam: sic & dum auribus vocum haurimus harmoniam; ab iis quæ audiuntur, ad ea quæ intellectu percipiuntur, gradatim ascendimus. Quamobrē nisi fine isto Mathematicas prosequamur disciplinas, imperfecta sane & inutilis, neq; ullius momenti futura est hæc contemplatio. oportet quippe confestim ex iis quæ oculis percipiuntur & auribus, ad illa quæ sola cernit ratio transire. Siquidem Mathematicorum consideratio, quoddam ad divinorum contemplationem est quasi præludium. Arithmetica quippe & Geometria, quique eas colunt, ad illius quod revera est pervenire desiderant cognitionem. Quam tamen non aliter consequuntur quam per somnium quasi, revera autē pervenire eò non possūt: cum & principia ipsa, simulq; quæ ex principiis componuntur ignorēt. Nihilominus tamen ad ea quæ diximus conferunt plurimum: ideoque nec scientias, disciplinas hujusmodi Plato appellandas esse censuit. Et Dialectica quidem ita comparata est methodus, ut per hypotheses geometricas, ad prima quæ non sumuntur ex hypothesi, assurgat principia. Quapropter Dialecticam

jure scientiam appellavit. Disciplinā verò mathematicorum, nec opinione, quod iis rebus clariora sunt, quæ sub sensum cadunt: neque rursus scientiam, quia obscuriora sunt quàm intelligibilia prima: sed opinionem corporum, scientiam primorum, cogitationem mathematicorum. Fidem præterea & imaginationem ponit: alteram quidem eorum quæ sensu percipiuntur, nempe fidem: alterā verò imaginum & visorum. Quoniam verò Dialectica efficacior est quàm mathematica, ut quæ circa divina æternaque versatur; ideo & mathematicis præponitur omnibus, tanquam murus quidam & munimentum reliquorum.

DE MATERIA prima.

CAP. VIII.

SEquitur ut de principiis, & iis quæ Theologicæ sunt contemplationis breviter disseramus, ducto à primis initio: & ab iis ad creationem universi, ejusque contemplationem descendamus: unde tandem ad generationem quoque hominis, naturamque ejus perveniamus. Ac primum de materia tractandum est. Hanc sæpè fictioni subjectam, &

σεῖπε τὰ δὲ μαθήματα οὔτε δόξαν, διὰ τὸ ἐναργέστερα εἶναι τῶν αἰσθητῶν· οὔτε ἐπιστήμην, διὰ τὸ ἀμυδρότερα εἶναι τῶν πρώτων νοητῶν. ἀλλὰ δόξαν μὲν τῶν σωμάτων φησὶν, ἐπιστήμην δὲ τῶν πρώτων, διάνοιαν δὲ τῶν μαθημάτων. τίθηται δέ τι καὶ πίστιν, καὶ εἰκασίαν· τούτων δὲ τὴν μὲν πίστιν τῶν αἰσθητῶν, τὴν δὲ εἰκασίαν τῶν εἰκόνων καὶ εἰδώλων. ἐπεὶ δὲ ἡ διαλεκτικὴ ἰσχυρώτατον τῶν μαθημάτων, ἅτε περὶ τὰ θεῖα καὶ βέβαια γινομένη, διὰ τοῦτο καὶ ἀνωτέρω τῶν μαθημάτων τέτακται· ὥσπερ θειγγός τις ὑπάρχουσα ἡ φυλακὴ τῶν λοιπῶν.

ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ὕλης πέρι.

Κεφ. η.

ΜΕτὰ δὲ ταῦτα ἑπομένως περὶ τῶν ἀρχῶν τε καὶ θεολογικῶν λέγωμεν θεωρημάτων, ἄνωθεν ἀπὸ τῶν πρώτων ἀρχόμενοι, καὶ ἀπ' αὐτῶν κατιόντες, καὶ ἐπισκοποῦντες τὴν τοῦ κόσμου γένεσιν, τελευτῶντες δὲ εἰς ἀνθρώπων γένεσιν καὶ φύσιν. καὶ πρῶτόν γε περὶ ὕλης λέγωμεν. ταύτην τοίνυν ἐκμαγεῖον τε

καὶ

καὶ πανδεχὲς καὶ τιθήνην καὶ μητέρα καὶ χώραν ὀνομάζει, καὶ ὑποκείμενον ἁπτόν τε μετ' ἀναισθησίας καὶ νόθῳ λογισμῷ ληπτόν. ἰδιότητα δὲ ἔχειν τοιαύτην, ὥς τε πᾶσαν γένεσιν ὑποδέχεσθαι, τιθήνης λόγον ἐπέχουσαν τῷ φέρειν αὐτάς· καὶ ἀναδέχεσθαι μὲν αὐτὴν πάντα τὰ εἴδη, αὐτὴν δὲ ἄμορφόν τε ὑπάρχειν καὶ ἄποιον, καὶ ἀνείδεον. ἀναματτομένην δὲ τὰ τοιαῦτα καὶ ἐκτυπουμένην καθάπερ ἐκμαγεῖον, καὶ σχηματιζομένην ὑπὸ τούτων, μηδὲν ἴδιον σχῆμα ἔχουσαν μηδὲ ποιότητα. οὐ γὰρ γένοιτ' ἄν τι εὖ παρεσκευασμένον πρὸς ποικίλας ἐκτυπώσεις καὶ μορφάς, εἰ μὴ ἄποιον αὐτὸ ὑπάρχοι καὶ ἀμέτοχον ἐκείνων τῶν εἰδῶν, ἃ δεῖ αὐτὸ δέξασθαι. ὁρῶμεν δὲ καὶ τοὺς τὰ ἀλείμματα ἐξ ἐλαίου κατασκευάζοντας τὰ εὐώδη, ἀνοσμοτάτῳ τούτῳ χρωμένους· καὶ τοὺς τὰς μορφὰς δημιουργεῖν βουλομένους, ἐκ κηροῦ ἢ πηλοῦ, προλεαίνοντας ταῦτα, καὶ ὡς ἐνδέχεται ἀσχημάτιστα παρέχοντας. προσήκει δὴ καὶ τῇ πανδεχεῖ ὕλῃ εἰ μέλλοι κατὰ πᾶν δέχεσθαι τὰ εἴδη, τὸ μηδεμίαν αὐτῶν φύσιν ἔχειν ὑποκεῖσθαι, ἀλλ' ἄποιόν τι εἶναι καὶ ἀνείδεον πρὸς ὑποδοχὴν τῶν εἰδῶν. τοιαύτη δ' οὖσα, οὔτε σῶμα

omnium receptaculum, nutricem, matrem, locum, subjectúmq; nominat, eamq; sine sensu tangi, & adulterina quadam ratione vult comprehendi. Ejus esse proprium, omnes rerum ortus suscipere ac nutricis instar eas gerere; formas item omnes admittere, cum ipsa suapte natura omnis formæ qualitatis expers sit & speciei. Talia vero in ea tanquã in tabula effingi ac formari, easq; eam figuras admittere, cũ nec figurã ipsa nec qualitatem habeat ullam. Neq; enim ad varias formarum impressiones futuram esse idoneam, nisi qualitate omni, iisq; quas susceptura esset formis, penitus careret. Siquidẽ eos videmus, qui unguenta ex oleo parãt suaveolentia, id quod maxime expers sit odoris, quærere: eosq; qui formas vel ceræ vel luto impressuri sũt, primũ materiam ipsam polire penitus atque lenire, donec figuræ deleantur pristinæ. Convenit namque materiæ omnium capaci, si modo formas omnes susceptura sit, nullam ut illarum naturam habeat, sed absque qualitate omni atque specie subjiciatur formis: & cum hujusmodi sit, neque corpus neque incorporeum quid erit, sed potentiâ corpus,

quemadmodum æs potentia est statua, quoniam tum statua efficietur, cum ejus suscipiet formam.

DE IDEIS ET DE causa efficiente.

CAP. IX.

CUm verò principii cujusdam rationem habeat materia, alia quoq; præter materiam Plato introducit principia: unum videlicet tanquam exemplar, quod idearum est, alterum quod paternum dixeris, quod patris & autoris rerum omniũ est Dei. Est autẽ idea quod ad Deum, intelligentia Dei: ad nos verò, primum intelligibile: ad materiam mensura, ad mundũ hunc, qui in sensus cadit, exemplar: ad seipsã vero, essẽtia. Quicquid enim adhibito fit intellectu, ad aliquid referri necesse est. Quẽadmodum si aliquid ab aliquo fiat, ut à me meipsius imago, ejus exẽplar præsupponi oportet. Et si externũ nullum sit, unusquisq; in seipso id primo concipiens artifex, ejus deinde in materiam transfert formas. Definiunt autem ideam, eorum quæ secundum naturam fiunt, æternum exemplar. Plurimis namq; visum est Platonicis,

ἂν εἴη, οὔτε ἀσώματον, δυνάμει δὲ σῶμα· ὡς καὶ τὸν χαλκὸν ὑπακούομεν δυνάμει ἀνδριάντα, διότι τὸ εἶδος δεξάμενος, ἀνδριὰς ἔσται.

ΤΩΝ ΙΔΕΩΝ ΚΑΙ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου πέρι.

Κεφ. θ.

ΑΡχικοῦ δὲ λόγου ἐπεχούσης τῆς ὕλης, ἔτι καὶ ἄλλας ἀρχὰς παραλαμβάνει· τήν τε παραδειγματικὴν, τουτέστι τὴν τῶν ἰδεῶν, καὶ τὴν τοῦ πατρὸς καὶ αἰτίου πάντων θεοῦ. ἔστι δὲ καὶ ἡ ἰδέα, ὡς μὲν πρὸς θεὸν νόησις αὐτοῦ· ὡς δὲ πρὸς ἡμᾶς, νοητὸν πρῶτον· ὡς δὲ πρὸς τὴν ὕλην, μέτρον· ὡς δὲ πρὸς τὸν αἰσθητὸν κόσμον, παράδειγμα. ὡς δὲ πρὸς αὐτὴν ἐξεταζομένη, οὐσία. καθόλου γὰρ πᾶν τὸ γινόμενον κατ' ἐπίνοιαν, πρός τι ὀφείλει γίνεσθαι. ὥσπερ εἰ ἀπό τινός τι γένοιτο, ὡς ἀπ' ἐμοῦ ἡ ἐμὴ εἰκὼν, δεῖ τὸ παράδειγμα προϋποκεῖσθαι. εἴτε καὶ μὴ εἴη ἔξω τὸ παράδειγμα, πάντη πάντως ἕκαστον ἐν αὐτῷ τὸ παράδειγμα ἴσχων τῶν τεχνιτῶν τὴν τούτου μορφὴν τῇ ὕλῃ περιετίθησιν. ὁρίζονται δὲ τὴν ἰδέαν, παράδειγμα τῶν κατὰ φύσιν αἰώνιον. οὔτε γὰρ τοῖς πλείστοις τῶν

ἀπὸ

ἀπὸ Πλάτωνος ἀρέσκει τῶν τεχνικῶν εἶναι ἰδέας, οἷον, ἀσπίδος ἢ λύρας, οὔτε μὴν τῶν παρὰ φύσιν, οἷον πυρετοῦ καὶ χολέρας, οὔτε τῶν κατὰ μέρος, οἷον, Σωκράτους καὶ Πλάτωνος, ἀλλ' οὐδὲ τῶν εὐτελῶν τινος, οἷον ῥύπου καὶ κάρφους, οὔτε τῶν πρός τι, οἷον μείζονος καὶ ὑπερέχοντος. εἶναι γὰρ τὰς ἰδέας νοήσεις θεοῦ αἰωνίους τε καὶ αὐτοτελεῖς. ὅτι δέ εἰσιν αἱ ἰδέαι, καὶ οὕτω παραμυθοῦνται. εἴτε γὰρ νοῦς ὁ θεὸς ὑπάρχει εἴτε νοερόν, ἔστιν αὐτῷ νοήματα, καὶ ταῦτα αἰώνιά τε καὶ ἄτρεπτα. εἰ δὲ τοῦτο, εἰσὶν αἱ ἰδέαι. καὶ γὰρ εἰ ἄμετρος ὑπάρχει ἡ ὕλη κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον, παρ' ἑτέρου τινὸς κρείττονος καὶ ἀΰλου τῶν μέτρων ὀφείλει τυγχάνειν· τὸ δὲ ἡγούμενον, τὸ ἄρα λῆγον. εἰ δὲ τοῦτο, εἰσὶν αἱ ἰδέαι μέτρα τινὰ ἄϋλα ὑπάρχουσαι. ἔτι γε μὴν εἰ ὁ κόσμος μὴ ἐκ ταυτομάτου τοιοῦτός ἐστιν, οὐ μόνον ἔκ τινός ἐστι γεγονώς, ἀλλὰ καὶ ὑπό τινος, καὶ οὐ μόνον τοῦτο, ἀλλὰ καὶ πρός τι· τὸ δὲ πρὸς ὃ γέγονε, τί ἂν ἄλλο γέγονεν ἢ ἰδέα; ὥς τε εἶεν ἂν αἱ ἰδέαι. ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ νοῦς διαφέρει δόξης ἀληθοῦς, καὶ τὸ νοητὸν μὲν τοῦ δοξαστοῦ διαφέρον, εἰ

eorum quæ arte fiunt nullam dari ideam posse, ut clypei atque lyræ: neque rursus eorum quæ præter naturam, ut febris, ac bilis non naturalis: neque singularium, ut Socratis & Platonis: neque vilium vel abjectorum, ut sordium, aut festucæ: neque relatorum, ut majoris & excedentis. Esse namque ideas notiones sive intelligentias Dei æternas ac seipsis perfectas. Quod verò sint ideæ, sic probant: Sive intellectus Deus ipse sit, sive intelligens quiddam, intelligibilia habet sua, & ea quidē æterna atq; immobilia. Quod si hoc ita se habet, ideæ sunt. Etenim si materia ipsa per se mensura caret, ab aliquo superiori & à materia penitus remoto, mensuram suscipiat necesse est. Verum quidem est antecedens, verum igitur consequens. Et si hoc, ideæ sunt, utpote quæ mēsuræ quædā sunt materia carentes. Accedit quod si mūdus non fortuito talis est, non solum ex aliquo, verum etiam ab aliquo factum esse oportebit. Neque id solum, sed & ad aliquid etiam esse factum. Id verò ad quod factus sit, quidnam aliud præter ideam esse possit? Unde rursus sequitur, ideas esse. Item si intellectus à vera opinione differt, id quoque quod intelligibile est, differet ab opinabili.

Hoc

Hoc si est, intelligibilia erunt, ab opinabilibus distincta. Quare erunt prima intelligibilia, quemadmodũ & prima sensibilia. Ex quo ideas esse cõcluditur. Atqui differt intellectus ab opinione vera, erunt ergo Ideæ,

QUOMODO DEscribatur Deus & quibus rationibus investigetur.

CAP. X.

DEinceps de tertio dicendum est principio, quod licet penè ineffabile Plato autumet, tamen hoc modo ostendi posse videatur. Si intelligibilia sunt, eaq; nec sẽsibilia sũt; neq; eo sunt quod participent cum illis, sed intelligibilibus primis adhærẽt, sunt prima intelligibilia simplicia, quẽadmodũ sensibilia prima. Antecedens verũ: verum ergo & consequens. Homines vero perturbationi sensuũ obnoxii, quoties intelligibile quiddã contemplari statuunt, in cogitationẽ statim sensilis alicujus recidunt, quo fit ut vel magnitudinem, vel figurã animo simul cõprehendãt, vel colorẽ: atq; ita sincere hoc ipsũ intelligere nequeant. Dii autem sine mixtione corporalium pure nimirum atq; syncere intelligunt. Quoniã ve-

εἰ δὲ τοῦτο, ἔστι νοητὰ ἕτερα τῶν δοξαστῶν. ὥστε εἶεν ἂν καὶ πρῶτα νοητά, ὡς καὶ πρῶτα αἰσθητά. εἰ δὲ τοῦτο, εἰσὶν αἱ ἰδέαι. ἀλλὰ μὴν διαφέρει νοῦς δόξης ἀληθοῦς. ὥστε εἶεν ἂν αἱ ἰδέαι.

ΠΩΣ ΔΕΙ ΥΠΟΓΡΑΦΕΙΝ τὸν θεὸν, καὶ περὶ τῆς νοήσεως αὐτοῦ.

Κεφ. ι.

Ἑξῆς δὲ περὶ τῆς τρίτης ἀρχῆς ποιητέον τὸν λόγον ἣν μικροῦ δεῖν καὶ ἄρρητον ἡγεῖται ὁ Πλάτων. ἐπαχθείημεν δ' ἂν περὶ αὐτῆς τοῦτον τὸν τρόπον. εἰ ἔστι νοητὰ, ταῦτα δὲ οὔτε αἰσθητά ἐστιν, οὔτε μετουσία τῶν αἰσθητῶν, ἀλλὰ πρώτων τινῶν τῶν νοητῶν ἔστι πρῶτα νοητὰ ἁπλᾶ ὡς καὶ πρῶτα αἰσθητά· τὸ δ' ἡγούμενον, τὸ ἄρα λῆγον. ἄνθρωποι μὲν δὴ ἅτε ὑπὸ τῆς αἰσθήσεως πάθους ἐμπιπλάμενοι, ὥστε καὶ ὁπότε νοεῖν προαιροῖντό τι νοητὸν, ἐμφανταζόμενον ἔχειν τὸ αἰσθητὸν, ὡς καὶ μέγεθος συνεπινοεῖν καὶ σχῆμα καὶ χρῶμα πολλάκις, οὐ καθαρῶς τὰ νοητὰ νοοῦσι. θεοὶ δὲ ἀπηλλαγμένως τῶν αἰσθητῶν, εἰλικρινῶς τε

καὶ

καὶ ἀμιγῶς. ἐπεὶ δὲ ψυχῆς νοῦς ἀμείνων, νοῦ δὲ τοῦ ἐν δυνάμει ὁ κατ' ἐνέργειαν πάντα νοῶν καὶ ἅμα καὶ ἀεί, τούτου δὲ καλλίων ὁ αἴτιος τούτου, καὶ ὅπερ ἂν ἔτι ἀνωτέρω τούτων ὑφέστηκεν, οὗτος ἂν εἴη πρῶτος θεὸς, αἴτιος ὑπάρχων τοῦ ἀεὶ ἐνεργεῖν τῷ νῷ τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ. ἐνεργεῖ δὲ ἀκίνητος αὐτὸς ὢν εἰς τοῦτον, ὡς καὶ ὁ ἥλιος εἰς τὴν ὅρασιν, ὅταν αὐτῷ προσβλέπῃ, καὶ ὡς τὸ ὀρεκτικὸν κινεῖ τὴν ὄρεξιν ἀκίνητον ὑπάρχον· οὕτω γε δὴ καὶ οὗτος ὁ νοῦς κινήσει τὸν νοῦν τοῦ σύμπαντος οὐρανοῦ. ἐπεὶ δὲ ὁ πρῶτος νοῦς κάλλιστος, δεῖ καὶ κάλλιστον αὐτῷ νοητὸν ὑποκεῖσθαι, οὐδὲν δὲ ἑαυτοῦ κάλλιον. ἑαυτὸν ἂν οὖν καὶ τὰ ἑαυτοῦ νοήματα ἀεὶ νοοίη· καὶ αὕτη ἡ ἐνέργεια αὐτοῦ ἰδέα ὑπάρχει, καὶ μὴν ὁ πρῶτος θεὸς ἀΐδιός ἐστιν, ἄρρητος, αὐτοτελὴς, τουτέστιν ἀπροσδεής. ἀειτελὴς, τουτέστιν ἀεὶ τέλειος· παντελὴς, τουτέστι πάντη τέλειος· θειότης, οὐσιότης, ἀλήθεια, συμμετρία ἀγαθόν. λέγω δὲ οὐχ' ὡς δείζων ταῦτα, ἀλλ' ὡς κατὰ πάντα ἑνὸς νοουμένου. καὶ ἀγαθὸν μέν ἐστι διότι πάντα εἰς δύναμιν εὐεργετεῖ, παντὸς

rò anima melior eſt intellectus: intellectu autem eo qui in potentia, melior ille, qui actu ſemper, omniaq; & ſimul intelligit: hic denique pulchrior qui ejus eſt cauſa, quiq; his ſuperior omnibus, id revera non aliud quam Deus erit, quem primum dicimus, qui in cauſa eſt, ut mundi ſemper agat intellectus. Agit autem ipſe immobilis in hunc, quemadmodum ſol in oculum, cum ad eum convertitur, & ut id quod appetitur movet appetitum, cum immobile ipſum maneat. Sic ergo & hic intellectus cœli totius movet intellectum. Et cum primus hic intellectus ſit pulcherrimus, pulcherrimum quoque intelligibile illi ſubjici neceſſe eſt. Nihil autem ipſo pulchrius: ſeipſum ergo ſuaſque ſemper intelligit notiones. Et hæc quidem functio illius, dicitur idea. Quinetiam Deus ipſe primus, æternus ineffabilis; ſeipſo perfectus, id eſt nullius egens, ſemperque perfectus, id eſt omni abſolutus tempore, undique perfectus, id eſt omni ex parte abſolutus: divinitas, eſſentia, veritas, ipſa proportio, bonũ. Neq; verò hæc ita dico, ut circũſcribã, ſed ut unũ intelligatur in omnibus. Et bonum ob eam quidẽ cauſã dicitur, quòd in omnia pro facultate cujuſq; beneficia ſua conſe-

conferat, atque ita omnium bonorum sit causa. Pulchrum verò quod ipse natura sua utrumq; sit, plus & æquale. Veritas autem, quod omnis ita veritatis sit principium, ut Sol universi est luminis. Sicut pater quod causa sit omnium, cœlique totius mentem, mundique animam ad se suasque exornet notiones. Ex voluntate enim sua omnia seipso complevit, mundi animam excitans & ad se convertens: quippe cum intellectus ejus sit causa: qui à patre adornatus, naturam vicissim hujus mundi totam exornat. Ineffabilis præterea est, solaque, ut ante dictum est, mente potest percipi: nec enim genus, aut species est, aut differentia: sed nec accidere illi quicquam potest. Neque malum: hoc enim nefas dictu est; neque bonum: siquidem alicujus ac maxime bonitatis particeps, talis dicendus esset. Neque differentia ulla: nec enim id secundum ipsius notionem potest fieri. Neq; quale: non enim qualitate hoc ipsum factus est quod est, aut ab ea perfectus: neque rursus qualitatis expers: non enim qualitate ulla ad se pertinente privatus est. Neq; pars cujusquam, nec ut totum ex partibus constitutũ: neque ut idem aut diversum: quippe cum nihil illi contingat quo ab

ἀγαθοῦ αἴτιος ὤν. καλὸν δὲ ὅτι αὐτὸς τῇ φύσει τέλεον ἐστὶ καὶ σύμμετρον. ἀλήθεια δὲ διότι πάσης ἀληθείας ἀρχὴ ὑπάρχει, ὡς ἥλιος παντὸς φωτός. πατὴρ δέ ἐστι τῷ αἴτιος εἶναι πάντων, καὶ κοσμεῖν τὸν οὐράνιον νοῦν, καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ κόσμου πρὸς ἑαυτὸν, καὶ πρὸς τὰς ἑαυτοῦ νοήσεις. κατὰ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν, ἐμπέπληκε πάντα ἑαυτοῦ, τὴν ψυχὴν τοῦ κόσμου ἐπεγείρας καὶ εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέψας, τοῦ νοῦ αὐτῆς αἴτιος ὑπάρχων. ὃς κοσμηθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, διακοσμεῖ σύμπασαν φύσιν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἄρρητος δέ ἐστι καὶ νῷ μόνῳ ληπτὸς ὡς εἴρηται, ἐπεὶ οὔτε γένος ἐστὶν, οὔτε εἶδος, οὔτε διαφορά. ἀλλ' οὐδὲ συμβέβηκέ τι αὐτῷ οὔτε κακόν. οὐ γὰρ θέμις τοῦτο εἰπεῖν. οὔτε ἀγαθόν· κατὰ μετοχὴν γὰρ τινος ἔσται οὕτος, καὶ μάλιστα ἀγαθότητος. οὔτε διαφορά· οὐδὲ γὰρ τοῦτο κατὰ τὴν ἔννοιαν αὐτοῦ· οὔτε ποιόν· οὐ γὰρ ποιωθέν ἐστι, καὶ ὑπὸ ποιότητος τοιοῦτον ἀποτετελεσμένον· οὔτε ἄποιον· οὐ γὰρ ἐστέρηταί τινος ἐπιβάλλοντος αὐτῷ ποιοῦ· οὔτε μέρος τινός. οὔτε ὡς ὅλον ἔχον τινὰ μέρη, οὔτε ὥστε ταυτόν τι εἶναι ἢ ἕτερον· οὐδὲν γὰρ αὐτῷ συμβέβηκε καθ' ὃ δύναται

τῶν

τῶν ἄλλων χωρισθῆναι· οὔτε κινεῖ, οὔτε κινεῖται. ἔσται δὴ πρώτη μὲν αὐτοῦ νόησις ἡ κατὰ ἀφαίρεσιν τούτων, ὅπως καὶ σημεῖον ἐνοήσαμεν κατὰ ἀφαίρεσιν ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ, ἐπιφάνειαν νοήσαντες, εἶτα γραμμὴν, καὶ τελευταῖον τὸ σημεῖον. δευτέρα δέ ἐστιν αὐτοῦ νόησις ἡ κατὰ ἀναλογίαν οὕτωπως· ὃν γὰρ ἔχει λόγον ὁ ἥλιος πρὸς τὴν ὅρασιν καὶ τὰ ὁρώμενα οὐκ ὢν αὐτὸς ὄψις, παρέχων δὴ, τῇ μὲν, τὸ ὁρᾶν, τοῖς δὲ, τὸ ὁρᾶσθαι, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον ὁ πρῶτος νοῦς πρὸς τὴν ἐν τῇ ψυχῇ νόησιν καὶ τὰ νοούμενα. οὐ γὰρ ὢν, ὅπερ ἐστὶν ἡ νόησις, παρέχει αὐτῇ τὸ νοεῖν, καὶ τοῖς νοητοῖς τὸ νοεῖσθαι, φωτίζων τὴν περὶ αὐτὰ ἀλήθειαν. τρίτη γὰρ νόησις τοιαύτη τις ἂν εἴη· θεωρῶν γάρ τις τὸ ἐπὶ τοῖς σώμασι καλὸν, μετὰ τοῦτο μέτεισιν ἐπὶ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος, εἶτα τὸ ἐν ἐπιτηδεύμασι καὶ νόμοις, εἶτα ἐπὶ τὸ πολὺ πέλαγος τοῦ καλοῦ: μεθ' ὃ αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν νοεῖ, καὶ τὸ ἐραστὸν καὶ ἐφετὸν, ὥσπερ φῶς φανὲν καὶ οἷον ἐκλάμψαν τῇ οὕτως ἀνιούσῃ ψυχῇ· τούτῳ δὲ καὶ θεὸν συνεπινοεῖ, διὰ τὴν ἐν τῷ τιμίῳ

aliis secerni queat. Sed nec movet, nec movetur. Quare prima ad intelligendum eum ratio, per abstractioné erit horum: quemadmodũ punctum quoq; abstrahendo à sensibilibus, intelligere solemus: primo quippe superficiem, deinde lineam, postremo punctum consideramus. Secunda vero in quadam rationis similis proportione, hoc pacto: Quam rationem Sol habet ad visum & ad ea quæ videntur, cum ipse tamen non sit visus, huic vero præstet ut videat, his autem ut videantur: eandem profecto rationem ad eum qui in anima nostra est intellectum, & illa quæ intelliguntur primus habet intellectus. Quippe cum non sit ipse intellectus, in his tamen actum perficit intelligendi illis vero dat ut intelligantur, dum eam quæ inest illis, illustrat veritatem. Tertius autem intelligendi modus sit hujusmodi. Aliquis cum eam videt quæ in corporibus est pulchritudiné, statim ad eam transit, quæ est in animo: deinde ad eam quæ in officiis ac legibus: postremo ad immensum pulchritudinis mare: post quæ ipsũ bonum considerat, ipsum amabile, ipsũ expetendum: quod tanquam lumen aliquod effulget, eique, quæ paulatim ita ascendit, occurrit animæ. Cũ hoc vero statim Deũ ipsũ cõprehendit animo,

mo, propter ejus, quæ in honorato est excellentiã. Partis quoq; expertem considerat, quoniã nihil illo prius est. Pars siquidé, atq; illud ex quo constituitur aliquid, prius eo est cujus pars est. Planũ namq; prius est, quã corpus, & linea prius quã planũ. Rursus cum partes non habeat ullas neq; loco moveri, nec qualitatibus poterit mutari. Etenim si mutabitur, vel à seipso vel ab alio id fieri necesse erit. Si ab alio, illud potentius esse oportebit: sin à seipso, aut in deterius id fiet aut in melius. Quorũ absurdũ est utrumque. Ex quibus omnibus sequitur, incorporeũ quid esse Deũ. Quod & ex iis probari potest. Si corpus esset Deus ex materia constaret & forma: siquidé corpus omne ex materia formaq; sua cum materia conjuncta, concretum quiddã est: quod quidé simile ideis efficitur, & earũ ineffabili quadã ratione est particeps. Absurdum autem est Deum ex materia constitui aut forma. Neque enim aut simplex esset, aut principialis. Quamobrem incorporeum quiddam Deus est.

Præterea ex eo: si corpus est, ex materia constat. Ideoque vel ignis est, vel aër, vel terra, vel aqua, aut aliquid ex iis conflatũ. Atqui nullum ex iis per se est principiale. Præ-

ὑπεροχήν· ἀμερῆ τε διὰ τὸ μὴ εἶναί τι πρότερον αὐτοῦ· τὸ γὰρ μέρος καὶ τὸ ἐξ οὗ, πρότερον ὑπάρχει τούτου οὗ μέρος. καὶ γὰρ τὸ ἐπίπεδον πρότερον ἢ τὸ σῶμα, καὶ ἡ γραμμὴ πρότερον, ἢ τὸ ἐπίπεδον. μέρη γε μὴ οὐκ ἔχων ἀκίνητος ἂν εἴη κατὰ τόπον καὶ ἀλλοίωσιν. εἰ γὰρ ἀλλοιωθήσεται, ἢ ὑφ' αὐτοῦ ἢ ὑφ' ἑτέρου. εἰ μὲν οὖν ὑφ' ἑτέρου, ἐκεῖνο αὐτοῦ ἰσχυρότερον ἔσται· εἰ δ' ὑφ' ἑαυτοῦ, ἤτοι ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀλλοιωθείη ἂν ἢ ἐπὶ τὸ βέλτιον· ἄμφω δὲ ἄτοπα. ἐξ ὧν ἁπάντων ἀναφαίνεται καί τι ἀσώματον αὐτὸ εἶναι ὅπερ κἀκ τούτων ἀποδειχθήσεται. εἰ γὰρ σῶμα ὁ θεός, ἐξ ὕλης ἂν εἴη καὶ εἴδους· διὰ τὸ πᾶν σῶμα συνδύασμά τι εἶναι ἔκ τε ὕλης καὶ τοῦ σὺν αὐτῇ εἴδους, ὅπερ ἐξομοιοῦται ταῖς ἰδέαις, καὶ μετέχει, αὐτῶν. δυσφράστῳ δή τινα τρόπον. ἄτοπον δὲ τὸν θεὸν ἐξ ὕλης εἶναι καὶ εἴδους. οὐ γὰρ ἔσται ἁπλοῦς, οὐδὲ ἀρχικός. ὥστε ἀσώματον ἂν εἴη ὁ θεός. καὶ αὐτόθεν δὲ, εἰ σῶμά ἐστιν, ἐξ ὕλης ἂν ὑπάρχοι. ἢ πῦρ ἂν ἦν ἢ ὕδωρ, ἢ γῆ, ἢ ἀήρ, ἤ τι ἐκ τούτων. ἀλλ' ἕκαστόν γε τούτων οὐκ ἀρχικόν. καὶ ἄλλως δὲ ὕστερον γενήσεται

τῆς

τῆς ὕλης εἰ ἐξ ὕλης ὑπάρχει ὧν ἀτόπων ὄντων, ἀσώματον αὐτὸν ὑποληπτέον. καὶ γὰρ εἰ σῶμά ἐστι, καὶ φθαρτὸς ἔσται, καὶ γενητὸς καὶ μεταβλητός· ἕκαστον δὲ τούτων ἄτοπον ἐπ' αὐτοῦ.

ΟΤΙ ΑΙ ΠΟΙΟΤΗΤΕΣ ἀσώματοι.

Κεφ. ια.

ΚΑὶ μὴν καὶ αἱ ποιότητες τοῦτον τὸν τρόπον δεικνύοιντ' ἂν ἀσώματοι. πᾶν σῶμα ὑποκείμενόν ἐστιν, ἡ δὲ ποιότης οὐχ ὑποκείμενόν ἐστιν, ἀλλὰ συμβεβηκός. οὐκ ἄρα σῶμα ἡ ποιότης. πᾶσα ποιότης ἐν ὑποκειμένῳ· οὐδὲν δὲ σῶμα ἐν ὑποκειμένῳ· οὐκ ἄρα σῶμα ἡ ποιότης. ἔτι, ποιότης ποιότητι ἐναντίον, οὐ μὴν καὶ σῶμα σώματι, σῶμά τι σώματος καθ' ὅσον σῶμα οὐδενὶ διαφέρει, ποιότητι δὲ διαφέρει, καὶ οὐ μὰ Δία σώμασιν· οὐκ ἄρα σώματα αἱ ποιότητες. εὐλογώτατόν τε, ὡς ἡ ὕλη ἄποιος, τὸ ποιότητα ἄϋλον εἶναι. εἰ δὲ ἡ ποιότης ἄϋλος, ἀσώματος ἂν εἴη ἡ ποιότης. εἴγε μὴν σώματα καὶ αἱ ποιότητες, δύο καὶ τρία σώματα ἔσται ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ, ἀτοπωτάτου τούτου ὑπάρχοντος. εἰ δὲ αἱ ποιότητες ἀσώματοι,

terea, materia ſua erit poſterior, ſiquidē conſtet ex ea: quæ quoniã abſurda ſunt, incorporeū eſſe Dcū erit exiſtimandū. Etenim ſi corpus erit, & corrumpi poſſe eum, & natū eſſe, & mutari poſſe, ex eo ſequetur. Quorū ſingula de Deo ſi dicãtur, erũt abſurda.

QVALITATES eſſe incorporeas.

CAP. XI.

SEd & qualitates eſſe incorporeas, hoc modo demonſtrari poſſit. Omne corpus ſubjectum eſt, qualitas vero non ſubjectum, ſed accidens: non ergo corpus eſt qualitas. Præterea nullum corpus in ſubjecto eſt, omnis qualitas in ſubjecto eſt, non ergo corpus eſt qualitas. Item, qualitati contraria eſt qualitas: nullum verò corpus, quà corpus, contrarium corpori: non ergo qualitates ſunt corpora. Ut omittam rationi maximè eſſe conſentaneū, ut quemadmodum materia qualitatis eſt expers, ita & qualitas materiæ ſit expers. Et ſi materia careat qualitas, carebit & corpore. Jam ſi qualitates ſũt corpora, duo ac tria eodem in loco erunt corpora: quod à ratione procul abludit. Quod ſi incorporeæ ſunt qualitates,

ergo & quod harũ vim efficiendarum habet, eſt incorporeum. Efficientia præterea nulla eſſe niſi incorporea poſſunt. Siquidẽ ſuapte natura patiuntur corpora ac diffluunt, neq; eodem ſe modo ſemper habent, neq; in eodẽ ſtatu perſiſtunt aut manent: nam & ubi efficere aliquid videbuntur, ibi multo prius pati ea reperies. Unde ſicut aliquid pure ac ſimpliciter ad patiendum eſt aptum, ita neceſſe eſt aliquid quod revera agat, eſſe. Id vero nihil eſſe aliud quàm incorporeũ facile videbimus. Quare de rerũ principiis quæ tradenda videbantur, quatenus ad Theologiam ea referuntur, hactenus. Siquidem deinceps ad conſiderationes veniendum eſt Phyſicas: ducto hinc exordio.

καὶ τὸ δημιουργικὸν τούτων ἀσώματον. ἔτι, τὰ ποιοῦντα οὐκ ἂν ἄλλα εἴη ἢ τὰ ἀσώματα· παθητικὰ γὰρ τὰ σώματα καὶ ῥευστὰ, καὶ οὐκ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὐδὲ μόνιμα καὶ ἔμπεδα· ἀλλὰ καὶ ἐν οἷς δοκεῖ τι ποιεῖν, πολὺ πρότερον εὑρίσκεσθαι πάσχοντα. ὥσπερ οὖν ἐστί τι παθητικὸν εἰλικρινῶς, οὕτως ἀναγκαῖον ἔστι εἶναι καὶ ἀτρεκῶς ποιητικόν· οὐκ ἄλλο δὲ εὕροιμεν ἂν τοῦτο ἢ ἀσώματον. ὁ μὲν δὴ περὶ τῶν ἀρχῶν λόγος τοιοῦτος ἄν τις εἴη θεολογικὸς καλούμενος. ἐπὶ δὲ τὸν καλούμενον φυσικὸν τόπον ἑξῆς χωρητέον ἐντεῦθέν ποθεν ἀρξαμένους.

DE CAUSIS MVNdi & generatione, & elementis & ordine.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΙΤΙΩΝ τοῦ κόσμου, ἔτι δὲ περὶ τῆς γενέσεως αὐτοῦ, καὶ τῶν στοιχείων καὶ τῆς τάξεως.

CAP. XII.

Quoniam eorum quæ natura ſenſibilia ſunt & ſingularia definita quædam eſſe oportet exemplaria, ideas nimirum: quarum & ſcientiæ ſint & definitiones (præter omnes enim

Κεφ. ιβ.

Ἐπεὶ γὰρ τῶν κατὰ φύσιν αἰσθητῶν καὶ κατὰ μέρος ὡρισμένα τινὰ δεῖ παραδείγματα εἶναι τὰς ἰδέας, ὧν καὶ τὰς ἐπιστήμας γίνεσθαι καὶ τοὺς ὅρους (παρὰ πάντας γὰρ ἀνθρώπους ἄν-

θρω-

ἀνθρωπόν τινα νοεῖσθαι, καὶ παρὰ πάντας ἵππους ἵππον· καὶ κοινῶς παρὰ τὰ ζῶα ζῶον ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον, ὃν τρόπον σφραγῖδος μιᾶς ἐκμαγεῖα γίνεται πολλὰ, καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς εἰκόνες μυρίαι, ἐπὶ μυρίαις τῆς ἰδέας οὔσης αἰτίας ἀρχὴν τοῦ εἶναι ἕκαστον τοιοῦτον οἷον αὐτὴ ὑπάρχει) ἀναγκαῖον τὸ κάλλιστον κατασκεύασμα τὸν κόσμον ὑπὸ τοῦ θεοῦ δεδημιουργῆσθαι, πρός τινα ἰδέαν κόσμου ἀποβλέποντος, παράδειγμα ὑπάρχουσαν τοῦδε τοῦ κόσμου, ὡς ἂν ἀπεικονισμένου ἀπ' ἐκείνης, πρὸς ἣν ἀφομοιωθέντα ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ αὐτὸν ἀπειργάσθαι, κατὰ θαυμασιωτάτην πρόνοιαν καὶ δίαιταν ἐλθόντος ἐπὶ τὸ δημιουργεῖν τὸν κόσμον, διότι ἀγαθὸς ἦν. ἐκ τῆς πάσης οὖν ὕλης αὐτὸν ἐδημιούργει· ἣν ἀτάκτως καὶ πλημμελῶς κινουμένην πρὸ τῆς οὐρανοῦ γενέσεως, ἐκ τῆς ἀταξίας παραλαβὼν, πρὸς τὴν ἀρίστην ἤγαγε τάξιν, ἀριθμοῖς πρέπουσι τὰ μέρη κοσμήσας αὐτοῦ καὶ σχήμασιν, ὥς τε διακρῖναι ὅπως νῦν ἔχει, πῦρ τε καὶ γῆν, πρὸς ἀέρα τε καὶ ὕδωρ, ἴχνη μὲν τέως ἔχοντα καὶ τὸ δεκτικὸν τῆς τῶν στοιχείων δυνάμεως, ἀλόγως δὲ καὶ ἀμέτρως σείοντά τε τὴν ὕλην καὶ πρὸς

homines, hominem aliquem animo concipimus, & præter equos omnes, equũ aliquem, & ita deinceps præter animalia cuncta, immortale animal & ingenitum: quemadmodum ab uno sigillo plurima exprimuntur signa, & unius hominis imagines possunt esse multæ, quibus omnibus idea ipsa causa est, ut hujusmodi sint cujusmodi & ipsa est) Necesse est universũ hunc mundũ, opificiũ Dei pulcherrimũ, ab ipso ita fabricatum esse Deo, ut ad aliquã ideam, quæ exemplar ejus esset, ipsa in fabricatione respexerit; dum mira quadam providentia atq; optima norma, ad hujus constructionem machinæ sese accingeret Deus: quia bonus erat. Ex omni ergo ipsum materia genuit: quam quidem sine ordine ullo ante cœli generationem temere disiectam, ex confusione deformi in pulchrum revocavit ordinem, numerisque decentibus & figuris, ejus undique exornavit partes: donec ita distinxit, quemadmodum & nunc, ignis & terra, ad aërem atque aquam sese habent; quorum tunc solum vestigia, & aptitudinem quandam ad recipiendam elementorum potestatem habebant: atq ita sine ratione ulla aut concinnitate concutiebant materiam, ab il-

laque

laque concutiebantur vicissim. Ex singulis enim quatuor elementis eum compegit integris: ex toto scilicet igni & terra, aqua atque aëre, nulla alicujus parte prætermissa aut potestate. Videbat enim corporeum debere esse & generari, tactuque omnino ac visu percipiendum. Absque verò ignis & terræ præsentia, nihil tangi viderive posse. Quare ratione optima, ex igne eum terraq; construxit. Quoniam verò vinculum quoddam horum requirebatur medium, divinum autem vinculum est quod secundum rationis proportionem, simul seipsum & ea quæ vinciuntur unum efficit, planusque nequaquam mundus esse poterat, (huic enim unum suffecisset medium) sed globosus; ideo duobus ad constitutionem ejus opus fuit mediis. Inter ignem ergo & terram ex rationis præscripto aër interjectus & aqua: ut quemadmodum se habet ignis ad aërem, ita se habeat aër ad aquam, utque aër ad aquam, sic & aqua ad terram: & contra, Quia autē nihil exterius relinquebatur, etiā unicum fecit mundum, ideæ videlicet suæ quæ vnica est & ipsa, numero parem. Talem præterea, ut nec morbus unquā infestare illum possit aut senectus, quippe cum nihil cadat in illum, à quo

ταύτης σειόμενα. ἐξ ἑκάστου γὰρ ὅλου τῶν τεττάρων αὐτὸν στοιχείων ἐγέννησε πυρὸς τε, παντὸς καὶ γῆς ὕδατός τε καὶ ἀέρος, οὐδὲν μέρος οὐδενὸς ἀπολιπὼν, οὐδὲ δύναμιν. διανοηθεὶς, πρῶτον μὲν ὅτι σωματικόν τε χρὴ καὶ γινόμενον εἶναι, καὶ πάντως ἁπτόν τε καὶ ὁρατόν· χωρὶς δὲ πυρὸς καὶ γῆς οὐχ οἷόν τε οὔτε ὁρατόν τι εἶναι οὔτε ἁπτόν. κατὰ δὴ τὸν εἰκότα λόγον, ἐκ γῆς αὐτὸν καὶ πυρὸς ἐποίησεν. ἐπεὶ δὲ καὶ δεσμὸν ἔδει τινὰ συναμφοτέρων ἐν μέσῳ γίνεσθαι, θεῖος δὲ δεσμὸς ὁ τῆς ἀναλογίας, ὃς ἑαυτόν τε καὶ τὰ συνδούμενα πέφυκεν ἓν ποιεῖν, ἐπίπεδός τε οὐκ ἦν ὁ κόσμος, ἀπέχρη γὰρ ἂν αὐτῷ μία μεσότης. σφαιροειδὴς δὲ, δυοῖν ἐδέησεν αὐτῷ μεσοτήτων εἰς συναρμογήν. διὰ τοῦτο πυρὸς ἐν μέσῳ καὶ γῆς, ἀήρ τε καὶ ὕδωρ ἐτάχθη κατὰ τὸν τῆς ἀναλογίας τρόπον. ὥς τε ὡς ἔχει πῦρ πρὸς ἀέρα, οὕτως ἔχει ἀέρα τε πρὸς ὕδωρ, καὶ τοῦτο, πρὸς γῆν, καὶ ἀνάπαλιν. τῷ δὲ μηδὲν ἔξωθεν ὑπολελεῖφθαι, καὶ μονογενῆ τὸν κόσμον ἐποίησεν, καὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῇ ἰδέᾳ εἰκασμένον μιᾷ οὔσῃ. πρός τε τούτοις ἄνοσον, καὶ ἀγήρω, ἅτε αὐτῷ μηδενὸς προσιόντος τοῦ κηραίνειν πεφυκότος.

αὐτά-

αὐτάρκη τε καὶ οὐδενὸς ἔξωθεν δεόμενον. σχῆμα δ' αὐτῷ περιέθηκε τὸ σφαιροειδὲς, εὐμορφότατον σχημάτων, καὶ πολυχωρητότατον, καὶ εὐκινητότατον. καὶ ἐπεὶ οὔτε ὁράσεως ἐδεῖτο οὔτε ἀκοῆς, οὔτε μὴν ἄλλου τοιούτου τινὸς, οὐ προσῆψεν αὐτῷ τοιαῦτα ὄργανα πρὸς ὑπηρεσίαν. ἀφελόμενος δὲ τὰς λοιπὰς κινήσεις, μόνην αὐτῷ δέδωκε τὴν κυκλοφορητικὴν, νοῦ καὶ φρονήσεως οἰκείαν ὑπάρχουσαν.

ΠΕΡΙ ΔΙΑΣΧΗΜΑτίσεως τοῦ κόσμου, καὶ ὅτι τῶν σχημάτων ἕκαστον τῷ τε κόσμῳ καὶ τοῖς στοιχείοις ἀνάλογον.

Κεφ. ιγ.

ΕΞ ὧν δὲ συνέστηκεν ὁ κόσμος δύο ὑπαρχόντων σώματος καὶ ψυχῆς, ὧν τὸ μὲν ὁρατὸν καὶ ἁπτὸν, ἡ δὲ, ἀόρατός τε καὶ ἀναφὴς, ἑκατέρου ἡ δύναμις δὲ σύστασις διάφορος οὖσα τυγχάνει. τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ ἐκ πυρὸς γέγονε καὶ γῆς, ὕδατός τε καὶ ἀέρος. ταῦτα δὴ τὰ τέτταρα συλλαβὼν ὁ δημιουργὸς τοῦ κόσμου, οὐ μάλα δὴ στοιχείων τάξιν ἐπέχοντα, διεσχημάτισε πυραμίδι καὶ κύ-

corrumpi esse videatur; tum ita se ipso contentum, ut nulla re externa opus habeat. Figuram autem illi dedit globosam, utpote omnium pulcherrimam capacissimamq; & ad motum facillimam. Et quoniam nec auditu, nec visu, nec cæteris indigebat sensibus, ideo sensuum ad ejusmodi ministerium nulla prorsus instrumenta addidit. Cæteras item motus species procul esse jussit, solumq; qui in orbem incitatur concessit, ut qui mentis & prudentiæ sit proprius.

DE FIGVRIS MVNDI & earum cum elementis mundi atque mundo convenientia.

CAP. XIII.

ET cum duo sint ex quibus constructus est mundus, corpus scilicet atque anima, quorum illud videtur & corrumpitur, hæc nec videri potest nec tangi, utriusque quoque & vis diversa est & constitutio. Corpus siquidem ex igni terra aqua compactum est & aëre. Quæ quidem quatuor, mundi artifex, cum nihil minus antea quam elementorum obtinerent ordinem, pyramide atque cubo, octaedro,

bo, octaedro, atque icosaedro, præcipue autem duodecaedro formavit. Quatenus ergo pyramidis figurā induit materia, ignis emicuit. Ea quippe figura secando maxime ac dividendo præ cæteris est apta, & ex paucioribus constat triangulis, ideoque omnium figurarū est rarissima. Quatenus autem octaedron, aëris qualitatem assumpsit. At verò qua icosaedron, aquæ qualitatem accepit. Cubi verò figuram terræ est largitus, ut quæ solidissima atque omnium sit elementorum stabilissima. Figura deniq; duodecaedri ad universi fabricam usus est. His vero omnibus magis ad principiorum naturam accedunt plana. Siquidem ea solidis priora sunt. Illius autem naturæ duæ quidam quasi genitores sunt trianguli, qui pulcherimi rectanguli sunt, unus Scalenus, alter Isosceles. Et Scalenus quidem est triangulus, qui unum rectum habet angulum, alterum qui duos unius recti trientes habet, tertium unius recti triente finitur. Scalenus ergo triangulus pyramidis, & octaedri, atque icosaedri elementum fit: cū Pyramis ex triangulis quatuor omnia latera æqualia habentibus constituatur, quorum quilibet in sex triangulos quales modo dicti sunt, Scalenos,

βῳ, καὶ ὀκταέδρῳ, καὶ εἰκοσαέδρῳ, καὶ ἐπὶ πᾶσι δωδεκαέδρῳ. καὶ καθὸ μὲν πυραμίδος σχῆμα ἔλαβεν ἡ ὕλη πῦρ ἐγένετο, τμητικωτάτου τοῦ σχήματος ὄντος, καὶ ἐξ ἐλαττόνων τριγώνων, ταύτῃ δὲ καὶ μανωτάτου· καθὸ δὲ ὀκταέδρου, τὴν ἀέρος ποιότητα ἀνέλαβε· καθὸ δὲ εἰκοσαέδρου τύπον τὴν ὕδατος ποιότητα ἔσχε· τὸ δὲ τοῦ κύβου σχῆμα ἀπεδίδου τῇ γῇ, στερεωτάτῃ ὑπαρχούσῃ καὶ ἑδραιοτάτῃ· τῷ δὲ σχήματι τῷ δωδεκαέδρῳ πρὸς τὸ πᾶν κατεχρήσατο. πάντων δὲ τούτων ἀρχικωτέρα φύσις ἡ τῶν ἐπιπέδων· τῶν γὰρ στερεῶν προηγεῖται τὰ ἐπίπεδα· τῆς δὲ ἐπιπέδου φύσεως ὥσπερ τινὰ πρόγονα δύο ὑπάρχει τρίγωνα, τὰ κάλλιστα ὀρθογώνια ὄντα· τὸ μὲν, σκαληνὸν, τὸ δὲ, ἰσοσκελές. τοῦ σκαληνοῦ μίαν μὲν γωνίαν ὀρθὴν ἔχοντος, μίαν δὲ διμοίρου, τὴν δὲ καταλειπομένην τρίτου. τὸ μὲν δὲ πρότερον, λέγω δὴ τὸ σκαληνὸν τρίγωνον, πυραμίδος καὶ ὀκταέδρου καὶ εἰκοσαέδρου στοιχεῖον γίνεται· τῆς μὲν πυραμίδος ἐκ τεττάρων ἰσοπλεύρων τριγώνων συνεστώσης, εἰς ἓξ τρίγωνα σκαληνὰ τὰ εἰρημένα ἑκάστου διαιρουμένου, τοῦ δὲ ὀκ-

ταέ-

τραέδρου ἐξ ὀκτὼ ὁμοίων, διαιρουμένου ἑκάστου εἰς ἓξ σκαληνά. τοῦ δὲ εἰκοσαέδρου ἐξ εἴκοσι. τὸ δὲ ἕτερον, λέγω δὲ τὸ ἰσοσκελὲς, συστατικὸν τοῦ κύβου γίνεται. τέτταρα γὰρ ἰσοσκελῆ τρίγωνα συνελθόντα τετράγωνον ποιεῖ, ἐξ ὁποίων ἐξ τετραγώνων ὁ κύβος συνίσταται. τῷ δὲ δωδεκαέδρῳ εἰς τὸ πᾶν ὁ θεὸς κατεχρήσατο· διότι ζώδιά τε ἐν οὐρανῷ θεωρεῖται δώδεκα ἐν τῷ ζωδιακῷ κύκλῳ, καὶ ἕκαστον αὐτῶν εἰς μοίρας τριάκοντα διαιρεῖται. παραπλησίως καὶ ἐπὶ τοῦ δωδεκαέδρου ἐκ πενταγώνων ὄντος δώδεκα, διαιρουμένων εἰς πέντε τρίγωνα, ὥστε ἕκαστον δι' ἓξ τριγώνων εἶναι, ἐν ὅλῳ τῷ δωδεκαέδρῳ τριακοσίων ἑξήκοντα εὑρισκομένων τριγώνων· ὁπόσαι καὶ ἐν τῷ ζωδιακῷ μοῖραι οὖσαι τυγχάνουσι. τούτοις οὖν ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἡ ὕλη τυπωθεῖσα, ἐκινεῖτο μὲν τὸ πρῶτον τοῖς ἴχνεσιν ἀτάκτως, εἶτα ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς τάξιν ἤχθη, ἁρμοθέντων πάντων ἀναλογίᾳ πρὸς ἄλληλα. οὐ μένει δὲ ταῦτα διακειθέντα κατὰ χώραν, ἄπαυστον δὲ ἔχει σεισμὸν καὶ τῇ ὕλῃ παρέχει. διότι τῇ τοῦ κόσμου περιφορᾷ σφιγγόμενα συνωθεῖται, καὶ συνελαυνόμενα πρὸς ἄλληλα φέρεται, τὰ λεπτομερέστερα εἰς τὰς τῶν ἁδρομερε-

distribuitur. Octaedros verò ex octo similibus, quorum quisque in sex triangulos Scalenos dividitur. Icosaedros ex viginti similiter. Isosceles autē triangulus, cubicæ elementum est figuræ. Quatuor enim hujus speciei concurrentes trianguli, quadratum absolvunt: sicut sex quadrata, cubum. Duodecaedron verò ad universi constitutionem, adhibuit Deus: unde & animalium formæ duodecim in zodiaco conspiciuntur, quorum quodlibet in triginta secatur partes. Similiter quoq; in duodecaedro quæ ex pentagonis constat duodecim, quorum in triangulos dividuntur singuli, singulis rursus triangulis, sex Scalenos continentibus, atque ita in tota dodecaedro trecenti sexaginta reperiuntur trianguli, quot in zodiaco sectiones sunt. His cum ab ipso Deo figuris esset materies formata, primo quidem rudibus vestigiis absque ordine movebatur: donec in ordinem reducta est ab eo: singulaque inter se apta conjuncta sunt proportione & composita. Neq; tamen hæc loco discreta manent, sed & ipsa in motu sunt perpetuo, eundemq; materiæ afferunt: ab ambitu enim mundi constricta pelluntur, atque alternis ipsa pulsibus agitata feruntur, tenuia semper in regio-

tiem solidorum. Qua de causa nihil omnino inane relinquitur, nihil corporis vacuum: atque in illis permanens concussionem affert inæqualitas. Ab iis enim materia, & ista vicissim agitantur à materia.

στέρων χώρας. διὰ τοῦτο δὴ μηδὲν κενὸν ὑπολείπεσθαι σώματος ἔρημον. καὶ ἡ ἀνωμαλότης δὲ διαμένουσα τὸν σεισμὸν παρέχεται· ὑπό τε γὰρ τούτων ἡ ὕλη σείεται, καὶ ταῦτα ὑπ' ἐκείνης.

DE ANIMA MUNDI & sphæris atque stellis.

CAP. XIV.

EX corporibus itaq; animæ vires investigari voluit. Nam cum res singulas anima discernamus, rerum omnium merito huic indidit principia, ut quicquid occurreret, per id quod cognatum est ac vicinum illi contéplaremur, consonamq; functionibus essentiam illi subjiceremus. Ergo cum intelligibilem quandã indivisibilemq; esse diceret, alterã quoq; circa corpora dividuã posuit essentiã: ut cũ hujus quam illius parari intellectu cognitionem posse ostenderet. Et quia in rebus iis quæ ad intelligentiam iisque quæ ad sensum pertinent, aliud atque idem esse cognovit, ex iis omnibus jure constituit animam. Aut enim simili simile (ut Pythagoreis placet) aut quemadmodum Heraclito

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ τοῦ κόσμου, ἐν ᾧ περὶ τῶν σφαιρῶν καὶ τῶν ἀστέρων.

Κεφ. ιδ.

ΤΑ μὲν δὴ σώματα εἰς τὰ τῶν ἐμφαινομένων ἐν τῇ ψυχῇ δυνάμεων τὴν διδασκαλίαν αὐτῆς πεποίηται. ἐπεὶ γὰρ ἕκαστα τῶν ὄντων κρίνομεν τῇ ψυχῇ, τὰς ἁπάντων τῶν ὄντων ἀρχὰς αὐτῶς ἐγκατέταξεν αὐτῇ, ἵν' ἀεὶ τῶν ὑποπιπτόντων ἕκαστον κατὰ τὸ συγγενὲς καὶ παραπλήσιον θεωροῦντες, σύμφωνον τοῖς ἔργοις καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῆς ὑποστήσωμεθα. λέγων ἓν εἶναί τινα νοητὴν οὐσίαν ἀμέριστον, καὶ ἄλλην περὶ τὰ σώματα μεριστὴν ὑπεστήσατο, ἐμφαίνων ὅτι ἑκατέρας τῶν οὐσιῶν ἐφάπτεσθαι δύναται τῇ νοήσει· ἐρῶν ... καὶ ἐπὶ τῶν νοητῶν ταὐτότητα ... ἑτερότητα καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν, ἐκ πάντων τούτων συνεκέρασε τὴν ψυχήν. ἢ γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον γνωρίζεται ὡς τοῖς Πυθα-

γνωρίζεις ἀρέσκει, ἢ τῷ ἀνομοίῳ τὸ ἀνόμοιον, ὡς Ἡρακλείτῳ τῷ φυσικῷ. ὅταν δὲ λέγῃ γενητὸν εἶναι τὸν κόσμον, οὐχ οὕτως ἀκουστέον αὐτοῦ ὡς ὄντος ποτὲ χρόνου ἐν ᾧ οὐκ ἦν κόσμος· ἀλλὰ διότι ἀεὶ ἐν γενέσει ἐστὶ, καὶ ἐμφαίνει τῆς αὐτοῦ ὑποστάσεως ἀρχικώτερόν τι αἴτιον, καὶ τὴν ψυχὴν ἢ ἀεὶ οὖσαν τοῦ κόσμου οὐχὶ ποιεῖ ὁ θεὸς, ἀλλὰ κατακοσμεῖ. καὶ ταύτῃ λέγοιτ' ἂν καὶ ποιεῖν, ἐγείρων καὶ ἐπιστρέφων πρὸς αὑτὸν τόν τε νοῦν αὐτῆς καὶ αὐτὴν ὥσπερ ἐκ κάρου τινὸς ἢ βαθέως ὕπνου· ὅπως ἀποβλέπουσα πρὸς τὰ νοητὰ αὐτοῦ, δέχηται τὰ εἴδη καὶ τὰς μορφὰς, ἐφιεμένη τῶν ἐκείνου νοημάτων. δῆλον οὖν ὅτι ζῶον ἂν εἴη ὁ κόσμος καὶ νοερόν· ἄριστον γὰρ αὐτὸν βουλόμενος ποιῆσαι ὁ θεὸς, ἀκολούθως καὶ ἔμψυχον αὐτὸν ἐποίησε καὶ νοερόν. τό, τε γὰρ ἔμψυχον ἀποτέλεσμα, τοῦ μὴ ἐμψύχου ὅλον ὅλου κρεῖττον, καὶ τὸ νοερὸν τοῦ μὴ νοεροῦ· ἴσως οὐχ οἵου τε ὄντος νοῦ ἄνευ ψυχῆς ὑποστῆναι. τῆς δὲ ψυχῆς ταθείσης ἐκ τοῦ μέσου ἐπὶ τὰ πέρατα, συνέβη αὐτὴν τὸ σῶμα τοῦ κόσμου κύκλῳ διὰ παντὸς περιέχειν καὶ περικαλύψαι· ὥς τε ὅλῳ τῷ κόσμῳ αὐτὴν παρεκτεῖναι, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον αὐτὸν συνδεῖν τε

physico, dissimili semper dissimile cognoscitur. Cum verò genitum vult esse mundum, non hoc eum voluisse putandum est: ut tempus fuerit aliquod, quo mundus non esset: verum quia semper in generatione persistit, essentiæque suæ præstantiorem aliquam magisque principalem esse causam indicat. Anima præterea mundi, quæ semper fuit, non efficitur à Deo, sed ornatur tantum, eaque ratione illam facere nonnunquam asseritur, quod excitat eam, & ad seipsum ejus mentem velut ex torpore & profundo quodam somno convertit: ut intelligibilia ejus intuens, ejusque notiones affectans, species inde recipiat formasque. Unde perspicuum est, & anima esse & mente donatum esse mundum à Deo. Nam quum optimum hunc esse vellet, meritò quoq; animatum atq; intelligenté efficere debuit. Siquidem opus animatum inanimato, totum toto est præstantius, ut & non intelligente, id quod intelligit, Fortè etiam nec sine anima mens potuisset subsistere. Cumq; anima à mundi medio ad extrema usque diffunderetur, totum mundi circumcirca corpus est complexa. Ita ut per totum extendatur universum, atque eo modo jungat totum &

& conservet. Adeo ut externa ejus præsint internis. Quippe cum illa quidem non dividantur, hæc vero in septem divisa sint circulos, à principio secundum dupla & tripla distributa intervalla. Et illa quidem, quæ ab individua comprehenditur sphæra, eidem respondet: quæ secatur autē, alteri. Motus enim cœli qui comprehendit omnia, cum minime vagetur, unus est & ordinatus. At verò interiorum varius, ortibusq; permutatur & occasibus: unde & erraticus nuncupatur. Et extimus quidē orbis, ad dextra, ob ortu in occasum fertur. Interior autem contrà ad sinistra ab occidente in orientem, mundo occurrens. Stellas præterea & astra Deus ipse condidit, & horū quædā inerrantia, ad cœli noctisq; ornatum: quorum numerus est maximus. Quæ vagantur autem numero septem, ad numeri temporisq; originem, & omnium quæ sunt demonstrationem. Tempus etenim mundani motus intervallum fecit, veluti quandam æternitatis imaginem: quæ æternæ mundi mansionis mensura est. Errantium quoque syderum vis non est eadem. Quorum Sol dux est omnium, qui illustrat exhibetque oculis res omnes. Luna deinde, quod ad potestatem, secundum obtinet ordi-

καὶ συνέχειν· κρατεῖν μέντοι τὰ ἐκτὸς αὐτῆς τῶν ἐντός. ἡ μὲν γὰρ ἐκτὸς ἄσχιστος ἔμεινεν, ἡ δὲ ἐντὸς εἰς ἑπτὰ κύκλους ἐτμήθη, ἐξ ἀρχῆς νενεμηθεῖσα κατὰ διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα. ἔστι τε ἡ μὲν περιεχομένη ὑπὸ τῆς ἀσχίστου μενούσης σφαίρας ταυτῷ παραπλησία· ἡ δὲ σχισθεῖσα θατέρῳ. ἡ μὲν γὰρ τοῦ πάντα περιέχοντος οὐρανοῦ κίνησις ἀπλανὴς οὖσα μία τέ ἐστι καὶ τεταγμένη· ἡ μέντοι τῶν ἐντὸς ποικίλη, καὶ ἀναταλαῖς τε καὶ δύσεσιν ἀνόμοια. διὸ καὶ πλανήτης καλεῖται. φέρεται δὲ ἡ μὲν ἐκτὸς ἐπὶ τὰ δεξιὰ ἀπ' ἀνατολῆς ἐπὶ δύσιν κινουμένη. ἡ δ' ἐντὸς ἀνάπαλιν ἐπὶ τὰ ἀριστερά, ἀπὸ δύσεως ἐπ' ἀνατολὴν ὑπαντιάζουσα τῷ κόσμῳ. ἐδημιούργησε δὲ ὁ θεὸς καὶ ἀστέρας τε καὶ ἄστρα, καὶ τούτων τὰ μὲν ἀπλανῆ, κόσμον οὐρανοῦ τε καὶ νυκτός, πάμπολλα ὄντα τῷ πλήθει· τὰ δέ, εἰς γένεσιν ἀριθμοῦ καὶ χρόνου καὶ δεῖξιν τῶν ὄντων, ἑπτὰ ὄντα. καὶ γὰρ τὸν χρόνον ἐποίησε τῆς κινήσεως τοῦ κόσμου διάστημα, ὡσὰν εἰκόνα τοῦ αἰῶνος, ὅς ἐστι μέτρον τοῦ αἰωνίου κόσμου τῆς μονῆς. τὰ δὲ μὴ ἀπλανῆ τῶν ἄστρων, τῇ δυνάμει οὐχ ὅμοια. ἥλιος μὲν ἡγεμονεύει πάντων, δεικνύς τε καὶ φαίνων τὰ σύμπαντα, σελήνη δὲ ἐν τάξει δευτέρᾳ

Θεω-

διωρίσθη ἕνεκα τῆς δυνάμεως, οἱ δὲ ἄλλοι πλανῆται ἀναλόγως κατὰ μοῖραν ἕκαστος ἰδίαν. καὶ σελήνη μὲν μηνὸς μέτρον ποιεῖ, ἐκπεριελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον, καὶ καταλαβοῦσα τὸν ἥλιον ἐν τοσούτῳ· ἥλιος δὲ ἐνιαυτοῦ. περιελθὼν γὰρ τὸν ζωοφόρον κύκλον, πληροῖ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους. οἵ τε ἄλλοι καθ' ἕνα ἕκαστον περιόδοις ἰδίαις κέχρηνται. αἵ τινες θεωρηταὶ οὐ τοῖς τυχοῦσιν εἰσὶν, ἀλλὰ τοῖς πεπαιδευμένοις. ἐκ δὲ πασῶν τῶν περιόδων, ὁ τέλειος ἀριθμὸς καὶ χρόνος συμπεραιοῦται, ὁπόταν ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον πάντες οἱ πλανῆται ἐλθόντες, ταύτην τὴν τάξιν λάβωσιν, ὥστε εὐθείας νοηθείσης ἀπὸ τῆς ἀπλανοῦς σφαίρας ἐπὶ τὴν γῆν νευούσης κατὰ κάθετον, τὰ κέντρα αὐτῶν ἐπὶ ταύτης θεωρεῖσθαι. ἑπτὰ τοίνυν σφαιρῶν οὐσῶν ἐν τῇ πλανωμένῃ σφαίρᾳ ἑπτὰ σώματα ὁ θεὸς δημιουργήσας ὁρατὰ ἐκ πυρώδους τῆς πλείστης οὐσίας, ἐφήρμοσε ταῖς σφαίραις ὑπαρχούσαις ἐκ τοῦ θατέρου κύκλου καὶ πλανωμένου. σελήνην μὲν δὴ τῷ μετ' αὐτὴν ἐπέθηκε κύκλῳ τῷ πρώτῳ, ἥλιον δὲ εἰς τὸν δεύτερον ἔταξε, φωσφόρον δὲ καὶ τὸν ἱερὸν Ἑρμοῦ λεγόμενον ἀστέρα, εἰς τὸν ἰσοταχῆ μὲν ἡλίῳ κύκλον ἰόντα, τούτου δὲ ἀφεστῶτα. ὑπερθεν δὲ τοὺς ἀλ-

nem. Cæteri verò Planetæ secundũ proportionẽ pro sorte propria singuli. Luna siquidem mensis mensurã conficit: eo spatio circulum permensa suum, solemq; assecuta. Sol autem anni mensura: quippe Zodiaco ter peragrato circulo, anni complet tempora. Cæterorum quoque syderum quodlibet proprios conficit ambitus. Qui quidem non â quibuscunq; sed ab eruditis videntur hominibus. Ex omnibus demum revolutionibus absolutus numerus tẽpusq; completur, cum ad idem punctum omnes regressi, eum habebunt inter se ordinem, ut si animo recta concipiatur linea, ab inerrante sphæra in terram ad perpendiculum producta, omniũ in hanc lineã concurrere puncta videãtur. Cum igitur septẽ sphæræ sint in sphæra errante, in iis corpora septem conspicua mundi conditor ex materia quam plurima fabricavit ignea, eaque sphæris ex altero vagoque circulo participantibus adnexuit. Ac Lunam quidem circulo â terra primo dicavit. Solem verò secundo. Luciferum deinde & sacrum Mercurii sydus in eo cujus cum sole par est & velox æque conversio, ab hoc verò recidit, imposuit. Su-

pra verò reliqua, secundum propriam cujusque sphæram. Tardissimam quidem omnium Saturni stellam in proxima inerrantibus sphæra collocavit. Ab hac tarditate secundam, quam Jovis dicunt. Huic Mars deinde successit. Octava demum quæ suprema est potestas hæc circumplexa est omnia. Hæc autem omnia, animalia intellectu prædita, & Dii, & globosa sunt figura prædita.

DE DÆMONIBVS & singulorum elementis.

CAP. XV.

Sunt & alii dæmones quos intelligentes Deos nuncupare possis, in elementis singulis, partim quidē visibiles, partim autem visus aciem fugientes; in æthere atque igni, aëreque & aqua: ne pars ulla mundi expers animæ animātisvè humana natura præstantioris relinqueretur. His autem terrena, & quæ sub luna sunt, subjiciūtur omnia. Etenim Deus mūdi totius deorumq; & dæmonum est opifex: atq; id quidem universum voluntatis divinæ munere non dissolvitur. Reliquis autem ejus præsunt filii, qui ad imperium illius & exemplum dirigunt quæcunque fa-

ἄλλους κατὰ σφαῖραν δινεῖσθαι. τὸν μὲν βραδύτατον αὐτῶν ὑπὸ τῇ τῶν ἀπλανῶν κείμενον σφαίρᾳ, ὃν Κρόνου τινὲς ἐπονομάζουσιν ἀστέρα· τὸν δὲ τῇ βραδυτῆτι δεύτερον μετὰ τοῦτον, Διὸς ἐπώνυμον, ὑφ' ὃν τὸν Ἄρεως. ὀγδόη δὲ πᾶσιν ἡ ἄνωθεν δύναμις περιβέβληται. πάντες δὲ οὗτοι νοερὰ ζῶα καὶ θεοὶ καὶ σφαιρικὰ τοῖς σχήμασιν·

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΑΙΜΟΝΩΝ καὶ τῶν [illegible] στοιχείων.

Κεφ. ιε.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δαίμονες, οὓς καὶ καλοίη ἄν τις γεννητοὺς θεοὺς καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων, οἱ μὲν ὁρατοὶ οἱ δὲ, ἀόρατοι· ἔν τε αἰθέρι καὶ πυρὶ, ἀέρι τε καὶ ὕδατι· ὡς μηδὲν κόσμου μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἴη, μηδὲ ζώου κρείττονος θνητῆς φύσεως. τούτοις δὲ ὑποτέτακται τὰ ὑπὸ σελήνην πάντα καὶ τὰ ἐπίγεια· ὁ μὲν γὰρ θεὸς τοῦ παντὸς ὑπάρχει ποιητὴς αὐτὸς, καὶ τῶν θεῶν τε καὶ τῶν δαιμόνων, ὃ δὴ πᾶν λύσιν οὐκ ἔχει κατὰ τὴν ἐκείνου βούλησιν· τῶν δὲ ἄλλων ἐκείνου παῖδες ἡγοῦνται, κατὰ τὴν ἐκείνου ἐντολὴν καὶ μίμησιν ποιοῦν-

μὲν κακοδαιμονίαν τοῦ δαίμονος εἶναι κάκωσιν, τὴν δὲ εὐδαιμονίαν τοῦ δαίμονος εὐεξίαν. ἐφικοίμεθα δ' ἂν τοῦ γενέσθαι ὅμοιοι θεῷ φύσει τε χρησάμενοι τῇ προσηκούσῃ, ἔθεσί τε καὶ ἀγωγῇ καὶ αἰσθήσει τῇ κατὰ νόμον, καὶ τὸ κυριώτατον, λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, καὶ θεωρημάτων παραδόσει. ὥστε ἐξίστασθαι μὲν τὰ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ἀεὶ δὲ εἶναι περὶ τοῖς νοητοῖς. προτέλεια δὲ καὶ προκαθάρσια τοῦ ἐν ἡμῖν δαίμονος, εἰ μέλλοιμεν τοῖς μείζοσι μυεῖσθαι μαθήμασι, τάδ' ἂν εἴη διὰ μουσικῆς καὶ ἀριθμητικῆς τε καὶ ἀστρονομικῆς καὶ γεωμετρίας, συνεπιμελουμένων ἡμῶν καὶ τοῦ σώματος διὰ γυμναστικῆς, ἥτις καὶ πρὸς πόλεμον καὶ πρὸς εἰρήνην εὔθετα τὰ σώματα παρασκευάσει.

ΤΙ Η ΑΡΕΤΗ ΚΑΙ πῶς ὑπ' αὐτῆς διαιροῦνται αἱ ἀρεταί.

Κεφ. κη.

Θείου δὲ χρήματος τῆς ἀρετῆς ὑπαρχούσης, αὐτὴ μὲν ἐστι διάθεσις ψυχῆς τελεία καὶ βελ-

κακοδαιμονίαν, id est miseriam, dæmonis perversitatem esse: εὐδαιμονίαν verò, id est, beatitudinem, bonum dæmonis habitum. Tandem verò ad ipsam Dei similitudinem accedemus primum si convenientem ac aptam nacti fuerimus naturam, tum si mores & educatio & sensus, cum lege congruentes accedant: postremo, quod præcipuum est, rationem, disciplinam, ac contemplandi à sapientibus traditam adhibeamus consuetudinem. Ut hac ratione ab humanis ut plurimum recedamus rebus, semperque in eorum quæ intelliguntur tantum contemplatione versemur. Præparationes autem & quasi purgationes ejus qui in nobis est dæmonis, si majoribus initiari volumus disciplinis, per Musicam, Arithmeticam, Astronomiam, & Geometriam fiet optime. Habita etiã corporis per Gymnasticã ratione: qua promptius ad opera tum pacis tũ belli reddatur.

DEFINITIO VIRTUTIS atque distinctio.

CAP. XXVIII.

Cum verò res quædam divina sit virtus, ipsa quidem affectio est animæ perfecta & optima,

ma, quæ exornat hominem, eundemque firmum ac conſtantem, tum vero conſonum qua in agendo qua in dicendo, ſive ſolus id agat, ſive etiam cum aliis. Ex virtutibus autem quædam in parte rationali, quædam in rationis experte ponuntur. Nam cum alia ſit natura rationalis partis, alia iraſcendi potentiæ, alia etiam concupiſcendi; diverſa quoque harum erit perfectio. Ac rationalis quidem perfectio, prudentia, alterius fortitudo, poſtremæ erit temperantia. Et prudentia quidem bonorum malorũque & quæ media inter utrumque ſunt, eſt ſcientia. Tẽperantia eſt apta cupiditatum atque appetitionum moderatio; tum quæ obedire docet illi parti, quam principalem vocamus: hæc autem eſt illa, quæ ratione eſt prædita. Cum autem moderationem quandam, & obedientiam tribuimus temperantiæ, nihil aliud intelligi volumus, quam facultatem eam eſſe quandã quæ efficit ut decenti ordine firmaq; obedientia appetitiones ei ſe ſubjiciant, quod natura imperare debet: hoc autem pars rationalis eſt. Fortitudo eſt legitima decreti difficilis ac non difficilis obſervatio: hoc eſt legitimi decreti cõſervatrix facultas. Juſtitia eſt conſenſio quædam horum inter ſe omnium: ſive facultas, quæ efficit ut tres animæ inter ſe conveniant

πίστιν εὐσχήμονα καὶ βέβαιον καὶ σύμφωνον παρέχουσα τὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ λέγειν καὶ πράττειν καθ' ἑαυτὸν καὶ πρὸς ἄλλους. τῶν δὲ εἰδῶν αὐτῆς αἱ μὲν λογικαί, αἱ δὲ ἄλογοι. ἑτέρου γὰρ ὄντος τοῦ τε θυμικοῦ καὶ τοῦ λογιστικοῦ, διάφορος ἂν εἴη καὶ ἡ ἑκάστου τελειότης. τοῦ μὲν δὴ λογιστικοῦ μέρους τελειότης ἐστὶν ἡ φρόνησις, τοῦ δὲ θυμικοῦ ἡ ἀνδρεία, τοῦ δ' ἐπιθυμητικοῦ ἡ σωφροσύνη. ἡ μὲν δὴ φρόνησίς ἐστιν ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν, καὶ οὐδετέρων. ἡ δὲ σωφροσύνη τάξις περὶ τὰς ἐπιθυμίας καὶ τὰς ὀρέξεις, καὶ τὴν εὐπείθειαν αὐτῶν πρὸς τὸ ἡγεμονικόν, τοῦτο δὲ εἴη ἂν τὸ λογιστικόν. ὅταν γὰρ φῶμεν τάξιν τινὰ καὶ εὐπείθειαν τὴν σωφροσύνην, τοιοῦτόν τε παρίσταμεν, ὅτι δύναμίς τις ἐστὶ καθ' ἣν τεταγμένως καὶ εὐπειθῶς ἔχουσιν αἱ ὀρέξεις πρὸς τὸ φύσει δεσποτικόν, τουτέστι τὸ λογιστικόν. ἡ δὲ ἀνδρεία ἐστὶ δόγματος ἐννόμου σωτηρία δεινοῦ τε καὶ μὴ δεινοῦ τουτέστι διασωστικὴ δύναμις δόγματος ἐννόμου. ἡ δὲ δικαιοσύνη ἐστὶ συμφωνία τις τούτων πρὸς ἄλληλα, δύναμίς τις οὖσα καθ' ἣν ὁμολογεῖ καὶ συμφωνεῖ πρὸς ἄλληλα τὰ τρία μέρη τῆς ψυ-

χῆς, καὶ ἕκαστον πρὸς τῷ οἰκείῳ γίνεσθαι καὶ ἐπιβάλλοντι κατ' ἀξίαν. ὡς ἂν παντέλειά τις οὖσα τῶν ἀρετῶν, φρονήσεως, ἀνδρείας, σωφροσύνης· ἄρχοντος μὲν τοῦ λογισμοῦ, τῶν δὲ λοιπῶν μερῶν τῆς ψυχῆς κατ' οἰκείαν ἰδιότητα κατεσταλμένων ὑπὸ τοῦ λογισμοῦ καὶ πειθηνίων αὐτῷ γεγενημένων· ὅθεν καὶ ἀντακολουθεῖν ἡγητέον τὰς ἀρετάς. ἡ γὰρ ἀνδρεία δόγματος ἐννόμου διασωστικὴ ὑπάρχουσα, λόγου ὀρθοῦ διασωστική ἐστι. τὸ γὰρ ἔννομον δόγμα ὀρθός τις ἐστὶ λόγος, ὁ δὲ ὀρθὸς λόγος ὑπὸ φρονήσεως γίνεται. καὶ μὴν καὶ ἡ φρόνησις μετὰ ἀνδρείας ὑφίσταται. ἐπιστήμη γάρ ἐστιν ἀγαθῶν. οὐδεὶς γὰρ δύναται τὸ ἀγαθὸν ὁρᾶν ὑπὸ δειλίας ἐπισκοτούμενον, καὶ τῶν συνακολουθούντων τῇ δειλίᾳ παθῶν. παραπλησίως, οὐδὲ μετὰ ἀκολασίας φρόνιμός τις δύναται εἶναι, καὶ καθόλου διὰ τοῦ ἡττᾶσθαι ὑπὸ πάθους· καὶ ἐὰν ποιῇ τι παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ὑπὸ ἀμαθίας καὶ ἀφροσύνης τοῦτο πάσχειν φησὶν αὐτὸν ὁ Πλάτων. ὥστε οὐκ ἂν δύναιτό τις φρόνησιν ἔχειν ἀκόλαστος ὢν καὶ δειλός. ἀχώριστοι οὖν εἰσιν αἱ ἀρεταὶ ἀλλήλων αἱ τέλειαι.

niant partes, utque singulæ in eo quod proprium sibi est, & ad se pertinet cum dignitate versentur: atq; ita communis quædam & integra harum trium virtutum, prudentiæ, fortitudinis, ac temperantiæ sit perfectio: ita ut ratio imperet, reliquæ vero partes pro sua proprietate singulæ, cohibeantur à ratione, moréque illi gerant. Quamobrem & virtutes consequi se invicem putandum est. Fortitudo enim cum legitimi decreti sit conservatio, etiam rectæ rationis erit conservatrix. Recta autem ratio à prudentia proficiscitur. Quinetiam prudentia cum fortitudine cohæret: illa enim bonorum est scientia. Nemo enim bonum potest cernere, quamdiu timiditate perturbationibusque involvitur similibus. Eodem modo neque omnino cum intemperantia, & universe, si à perturbationibus vincatur, prudens, esse potest aliquis. Denique quodcunque præter rectam rationem fit ab homine, id per imperitiam atque imprudentiam fieri ab eo vult Plato. Ut nemo possit prudens esse, qui sit aut intemperans aut timidus. Unde sequitur, perfectas inter se cohærere neque separari posse virtutes.

DE VIRTUTIBUS AC vitiis, & horum distinctionibus.

CAP. XXIX.

Dicuntur & alio quodã modo virtutes, naturæ dotes & progressus in illis: quæ ob similitudinem cum perfectis virtutibus, idem sibi nomẽ assumunt. Sic omnes milites fortes quandoque dicimus, necnon imprudentes ac temerarios quosdam, fortes aliquando prædicamus, cum tamen non de perfectis loquamur virtutibus: quia perfectæ nec crescunt nec decrescunt unquam. Intenduntur vero & remittuntur vitia: unus siquidem altero imprudentior est & injustior. Quin nec ipsa inter se sequuntur vitia: sunt enim contraria quædam, quæ eidem non competunt. Sic se habet ad timiditatam ferocitas, & ad avaritiam prodigalitas. Neque inveniri quisquam potest omnium, qui cunctis simul obsitus sit vitiis: quemadmodum nec corpus cũctis simul morbis afflictum. Accipienda est insuper media quædam affectio, quæ nec ad vitium, neque ad virtutem plane inclinet. Neque enim universos vel probos vel im-

ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΩΝ ΚΑΙ τῆς κακίας, ἔτι δὲ πῶς διαφέρει αὐτῶν ἕκαστα.

Κεφ. κθ.

Λέγονται δὲ γὰρ καὶ ἄλλως ἀρεταὶ, αἵ τε εὐφυΐαι καὶ προκοπαὶ πρὸς ταύτην, ὁμωνυμοῦσαι τῇ τελειότητι κατὰ τὴν ὁμοιότητα τὴν πρὸς αὐτάς. οὕτω γοῦν καὶ στρατιώτας ἀνδρείους τινὰς λέγομεν, καὶ φαμὲν ἐνίοτε ἀνδρείους τινὰς, ὄντας ἄφρονας, ὑπάρχειν, περὶ τὴν οὐ τελείαν ἀρετὴν ποιούμενοι τὸν λόγον. αἱ δὲ τέλειαι ἀρεταὶ δηλονότι οὐδὲ ἐπιτείνονται οὐδὲ ἀνίενται. αἱ μὲν τοί γε κακίαι καὶ ἐπίτασιν δέχονται καὶ ἄνεσιν· ἄλλος γὰρ ἄλλου ἀφρονέστερος καὶ ἀδικώτερος. ἀλλ' οὐδὲ συνέπονται αἱ κακίαι ἀλλήλαις, εἰσὶ γάρ τινες ἐναντίαι, αἳ οὐκ ἂν εἶεν περὶ τὸν αὐτόν. οὐ γὰρ ἔχοι θρασύτης πρὸς δειλίαν, καὶ ἀσωτία πρὸς φιλαργυρίαν, καὶ ἄλλως ἀδύνατόν ἐστι τὸν ὑφεστάναι τινὰ ἄνθρωπον πάσῃ κακίᾳ συνεχόμενον· οὐδὲ γὰρ σῶμα δέ τι ἔστιν ἔχον πάσας τὰς τοῦ σώματος κακίας ἐν ἑαυτῷ. παραδεκτέον δὲ καὶ μεταξύ τινα διάθεσιν, μήτε φαύλην μήτε σπουδαίαν. οὐδὲ γὰρ πάντας ἀνθρώπους ἢ σπου-

σπουδαίους εἶναι ἢ φαύλους. τοὺς γὰρ ἐφ' ἱκανὸν προκόπτοντας τοιούτους εἶναι. οὐ γὰρ ῥᾴδιον εὐθέως ἀπὸ κακίας ἐπ' ἀρετὴν μεταβῆναι· πολλὴ γὰρ ἡ διάστασις περὶ ἄλληλα τῶν ἄκρων καὶ ἐναντιώσεων. ἡγητέον δὲ καὶ τῶν ἀρετῶν, τὰς μὲν εἶναι προηγουμένας, τὰς δὲ, ἑπομένας. ἡγουμένας μὲν τὰς ἐν τῷ λογισμῷ, ἀφ' ὧν καὶ αἱ λοιπαὶ τὸ τέλειον λαμβάνουσιν, ἑπομένας δὲ τὰς ἐν τῷ παθητικῷ· αὗται γὰρ πράττουσι τὰ καλὰ κατὰ λόγον οὐ τὸν ἐν αὐταῖς, οὐ γὰρ ἔχουσιν· ἀλλὰ κατὰ τὸν ὑπὸ φρονήσεως ἐνδιδόμενον αὐταῖς, ἐξ ἔθους ἐγγινόμενον καὶ ἀσκήσεως, καὶ ἐπεὶ οὔτε ἐπιστήμη οὔτε τέχνη ἐν ἄλλῳ μέρει τῆς ψυχῆς συνίσταται, ἢ ἐν μόνῳ τῷ λογιστικῷ, αἱ μὲν περὶ τὸ παθητικὸν ἀρεταὶ οὐχ ὑπάρχουσι διδακταὶ, ὅτι μηδὲ τέχναι μηδὲ ἐπιστῆμαί εἰσιν, οὐδὲ γὰρ ἴδιον θεώρημα ἔχουσιν. ἡ μέν τοι φρόνησις ἐπιστήμη ὑπάρχουσα, τὰ οἰκεῖα ἑκάστης ἐνδίδωσιν, ὡς καὶ ὁ κυβερνήτης τοῖς ναύταις τινὰ ὑπαγορεύει ὑπ' αὐτῶν ἀγνοούμενα, οἱ δὲ, πείθονται αὐτῷ. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ στρατιώτου καὶ ἐπὶ στρατηγοῦ. ἐπιτεινομένων τε καὶ ἀνιεμένων τῶν κακιῶν, οὐδὲ τὰ ἁμαρτήματα ἴσα ἂν εἴη, ἀλλὰ τὰ μὲν, μείζω, τὰ

probos necesse est esse homines. Nam hujusmodi sunt, qui jam ad summum horum pervenerunt: quippe cum non sit facile è vestigio à vitio ad virtutem progredi. Longo enim intervallo extrema inter se distant, & sunt contraria. Virtutum præterea quasdam esse principes, quasdam vero comites harum, putandum est. Principes, quæ in parte animæ rationali, à quibus & cæteræ virtutes perficiuntur. Comites verò, quæ in altera parte affectibus obnoxia. Hæ siquidem honesta faciunt, sec undum rationem, non quæ in ipsis est (neq; enim habent) sed quam à prudentia accipiunt, quæ consuetudine in illis confirmata & exercitatione est. Cum autem nec scientia nec ars in alia parte animæ qaam in rationali consistat, eæ quæ in altera parte affectibus obnoxiæ sunt virtutes, nequeunt doceri, quia nec artes sunt, nec scientiæ. Neque enim propriam doctrinam habent. Prudentia ergo cum sit scientia, quæ cuique propria sunt præscribit, quemadmodum gubernator nautis suggerit non nulla quæ ab illis ignorantur. Eadem quoque ratio in milite & exercitus duce. Cum verò mala & intendantur & remittantur, delicta paria nequaquã erunt, sed quædam majora, mino-

ra alia. Quam ob causam conditores legum quædam lenius, quædam asperius puniunt. Et quamvis ipsæ virtutes summitates quædam sint, quod perfectæ ac illi quod rectum est sint similes: alio tamen modo, mediocritates dicuntur, quod circa singulas vel saltem plurimas, duo utrinque vitia conspiciuntur, quorum alterum excessu, alterum defectu peccat. Velut circa liberalitatem, hinc sordes inde prodigalitas cernitur. Quippe in affectibus disceditur à modo, cum id quod est in virtute positum, aut excessu relinquimus aut defectu. Neque verò qui cum parentes contumeliose suos accipi videt, nihil movetur, neque qui ex quibuscunque minimis effertur, moderatus esse in affectibus dicendus est, sed omnino contra. Item qui parentibus vita functis nihil dolet, affectu caret, qui verò mœrore semet conficit, affectus modum excedit: aut qui mediocriter tristatur, moderate affectus dicitur. Sic qui in omnibus trepidat & plusquam oportet, formidolosus: qui nihil omnino metuit, ferox: fortis vero qui in timore simul atque audacia, servat modum. Eademq; cæterorum quoq; omnium est ratio. Quoniam verò id quod medium est in affectibus, idem quoq;

δὲ, ἐλάττω. οἷς ἀκολούθως, καὶ περὶ τῶν νομοθετῶν, τὰ μὲν, μᾶλλον κολάζεται, τὰ δὲ, ἧττον. καίτοι γε ἀκρότητες αἱ ἀρεταὶ ὑπάρχουσαι, διὰ τὸ τέλειαι εἶναι, καὶ ἐοικέναι τῷ εὐθεῖ, κατ' ἄλλον τρόπον μεσότητες ἂν εἶεν· τῷ ὀρθῶς περὶ πάσας ἢ τάς γε πλείστας καθ' ἑκάστην ἑκατέρωθεν δύο κακίας, τὴν μὲν, καθ' ὑπερβολὴν, τὴν δὲ, κατ' ἔνδειαν, ὡς ἐπὶ τῆς ἐλευθεριότητος ὁρᾶται· ἐπὶ θάτερα μὲν μικρολογία, ἐπὶ θάτερα δὲ ἀσωτία. γίνεται γὰρ ἐν τοῖς πάθεσιν ἀμετρία κατὰ τὸ ὑπερβάλλειν τὸ προσῆκον ἢ ἐλλείπειν. οὔτε γὰρ ὁ μηδὲ γονέων ὑβριζομένων ὀργιζόμενος, ἀπαθὴς ἄν τις εἴη, οὔτε ὁ ἐπὶ πᾶσι καὶ τοῖς τυχοῦσι, μετριοπαθὴς, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον. πάλιν δὲ ὁμοίως γονέων τελευτησάντων, ὁ μὲν μὴ λυπούμενος, ἀμαθής· ὁ δ' ὥς τε καὶ καταφθίνειν ὑπὸ τῆς λύπης, ὑπερπαθής τε καὶ ἀμετροπαθής· ὁ δὲ λυπούμενος μὲν, μετρίως δὲ, τοῦτο πάσχων, μετριοπαθής. καὶ μὴν ὁ πάντα φοβούμενος καὶ πέρα τοῦ μετρίου δειλός· ὁ δὲ μηδὲν φοβούμενος θρασὺς, ἀνδρεῖος δὲ ὁ μετρίως ἔχων περί τε θάρρη καὶ φόβους. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁ αὐτὸς λόγος. ἐπεὶ οὖν

τὸ μὲν μέτριον ἐν τοῖς πάθεσι τὸ βέλτιστόν ἐστιν, οὐκ ἄλλο δέ ἐστι τὸ μέτριον ἢ τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως. διὰ τοῦτο διὰ μεσότητος αἱ τοιαῦται ἀρεταί· διότι μέσως ἔχοντας ἡμᾶς ἐν τοῖς πάθεσι παρέχονται.

ΠΩΣ ΕΚΟΥΣΙΟΝ Η ἀρετὴ, ἀκούσιον δὲ ἡ κακία.

Κεφ. λ.

ΕΠεὶ δὲ καὶ ἔστι ἄλλο ἐφ' ἡμῖν ἐστι καὶ ἀδέσποτον, καὶ ἡ ἀρετὴ τοιοῦτον ὑπάρχει (οὐδὲ γὰρ ἂν ἐπαινετὸν ἦν τὸ καλὸν, εἰ ἐκ φύσεως ἢ θείας μοίρας παρεγίνετο) καὶ ἑκούσιον ἂν εἴη ἀρετὴ καθ' ὁρμήν τινα συνισταμένη, διάπυρον καὶ γενναίαν καὶ ἔμμονον. παρὰ δὴ τὸ τὴν ἀρετὴν ἑκούσιον εἶναι, ἕπεται τὸ τὴν κακίαν ἀκούσιον ὑπάρχειν. τίς γὰρ ἂν ἑκὼν ἐν τῷ καλλίστῳ ἑαυτοῦ μέρει καὶ τιμιωτάτῳ ἕλοιτο ἔχειν τὸ μέγιστον τῶν κακῶν; εἰ δέ τις ἐπὶ κακίαν ὁρμᾷ, πρῶτον μὲν οὐχ ὡς ἐπὶ κακίαν αὐτὴν ὁρμήσει, ἀλλ' ὡς ἐπ' ἀγαθόν. εἰ δὲ καὶ παραγίνεταί τις ἐπὶ κακίαν πάντως, ὁ τοιοῦτος ἐξηπάτηται, ὡς δι' ἐλάττονός τινος κακοῦ ἀποικονομησόμε-

optimum est, nec aliud est mediocritas quàm id quod inter excessum atque defectum est medium. Ideo virtutes hujusmodi medioctitates dictæ sunt: quòd in perturbationibus humanis & affectibus, medio quodam modo nos affectos reddunt.

QVOMODO VIRTVS voluntaria, involuntaria improbitas.

Cap. XXX.

QUoniam verò siquid aliud in nostra potestate consistit, nec coactum est, ejuscemodi præcipuè virtus est: (nec enim laude dignum esset, id quod honestum est, si vel natura, vel divina sorte contingeret) sequitur ut voluntaria sit virtus, quæ ex impulsione quadam ignea, generosa nascitur ac stabili. Ex hoc ergo quod voluntaria sit virtus, vitium esse involuntarium concluditur. Quis enim in parte sui præstantissima, id quod malorum omnium maximum est, sponte unquam eligat? Quod si quis in vitium fertur, primum quidem non ut in malum, sed vel ut in bonum potius inclinatur. Et si in malum nihilominus labitur, certe decipitur, quod hac via per minus

nus aliquod malum ad majus aliquod aspirat bonum, atque hoc modo invitus accedit. Neque enim fieri potest, ut quis eo animo ad mala feratur, ut hæc consequatur: non spe boni alicujus, aut metu majoris mali. Quamobrem omnia quæ improbe improbus agit, ab invitis fiunt. Nam cum injustitia involuntaria sit, multo magis injustè agere involuntarium erit, quo deterior ipsa vitii actio est quàm ociosus ejus habitus. Quamvis autem involuntaria sint quæ injustè fiunt, puniundi nihilominus qui agunt injustè: & quidem non uno modo, quemadmodum quæ inferuntur per injuriam ab illis diversa sunt damna. Involuntarium præterea in ignorantia quadam vel perturbatione consistit. Quæ profectò omnia, vel ratione, vel bona consuetudine averti possunt, vel diligentia. Tantum vero malum injustitia est, ut injuria affici præstet, quam injuriam inferre. Alterum enim improbi, alterum est infirmi. Et cum turpe sit utrumque, tanto tamen injuriam inferre pejus est, quanto turpius. Conducit præterea improbo dare pœnas, quemadmodum ægro corpus curandum dare medico: omnis enim castigatio, quædam peccantis animæ est medicina.

νος μεῖζον ἀγαθὸν, καὶ ταύτῃ ἀκουσίως ἐλεύσεται. ἀδύνατον γὰρ ὁρμᾶν ἐπὶ κακὰ βουλόμενον ἔχειν αὐτὰ, οὔτε ἐλπίδι ἀγαθοῦ οὔτε φόβῳ μείζονος κακοῦ. καὶ ὅσα δὴ ἀδικεῖ ὁ φαῦλος, ἀκούσια ὑπάρχει· τῆς γὰρ ἀδικίας ἀκουσίου οὔσης, πολὺ μᾶλλον τὸ ἀδικεῖν ἀκούσιον ἂν εἴη, ὅσῳ καὶ μεῖζον κακὸν ἂν τυγχάνοι τὸ ἐνεργεῖν αὐτὸν κατὰ ἀδικίαν τῆς ἔχειν αὐτὴν ἠρεμοῦσαν. καί τοι δὲ ἀκουσίων ὄντων τῶν ἀδικημάτων, κολαστέον τοὺς ἀδικοῦντας καὶ διαφόρως· αὗται γὰρ βλάβαι διάφοροι, καὶ τὸ ἀκούσιον ἐν ἀγνοίᾳ τινὶ ἢ πάθει κεῖται. ἅπαντα δὲ τὰ τοιαῦτα ἔξεστιν ἀποτρέψασθαι, καὶ λόγῳ, καὶ ἤθεσιν ἀστείοις, καὶ μελέτῃ. τοσοῦτον δὲ κακὸν ἀδικία, ὡς τὸ φευκτότερον εἶναι τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ πονηροῦ ἔργον, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι, πάθος ἀσθενοῦς. αἰσχρὸν μὲν δὴ ἑκάτερον, τὸ δὲ ἀδικεῖν τοσούτῳ κάκιον, ὅσωπερ καὶ αἴσχιον. λυσιτελεῖ δὲ τῷ ἀδικοῦντι ὑπέχειν δίκην, ὡς καὶ τῷ νενοσηκότι ὑπέχειν ἰατρῷ τὸ σῶμα εἰς θεραπείαν. πᾶσα γὰρ κόλασις ἰατρεία τίς ἐστι ἡμαρτημένης ψυχῆς.

T i

ΤΙ ΠΑΘΗ, ΚΑΙ ΠΕΡΙ τῆς αὐτῶν διαιρέσεως.

Κεφ. λα.

Ἐπεὶ δὲ αἱ πλεῖσται ἀρεταὶ περὶ πάθη γίνονται, διοριστέον καὶ περὶ τοῦ πάθους, ὁποῖόν τι ὑπάρχει. ἔστι τοίνυν πάθος κίνησις ἄλογος ψυχῆς, ὡς ἐπὶ κακῷ ἢ ὡς ἐπὶ ἀγαθῷ. ἄλογος μὲν οὖν εἴρηται κίνησις, ὅτι οὐ κρίσεις τὰ πάθη οὐδὲ δόξαι, ἀλλὰ τῶν ἀλόγων τῆς ψυχῆς μερῶν κινήσεις· ἐν γὰρ τῷ παθητικῷ τῆς ψυχῆς συνίσταται, κατὰ ἡμέτερα ἔργα, οὐδὲ ἐφ' ἡμῖν· ἄκουσι γοῦν ἐν ἡμῖν ἐγγίνεται πολλάκις καὶ ἀντιτείνουσιν. ἔσθ' ὅτε γινώσκοντες ὅτι οὐ λυπηρὰ τὰ προσπεπτωκότα, οὐδὲ ἡδέα, οὐδὲ μὴν φοβερὰ, οὐδὲν ἧττον ἀγόμεθα ὑπ' αὐτῶν, οὐκ ἂν παθόντες ταῦτα εἰ κρίσεσι τὰ αὐτὰ ἦν. ταύτας γὰρ ἀποβάλλομεν καταγνόντες αὐτῶν, εἴτε δεόντως, εἴτε μὴ δεόντως. ἐπ' ἀγαθῷ δὲ ἢ ἐπὶ κακῷ, ἐπειδὴ κατ' ἔμφασιν ἀδιαφόρου πράγματος, οὐ κινεῖται

QVID AFFECTVS, ET de divisione eorum.

CAP. XXXI.

Quoniam verò virtutes quamplurimæ circa affectus perturbationesque versantur, ipsi jam definiendi videntur affectus. Est igitur affectus, ratione carens animi motus, ex bono aliquo excitatus aut malo. Irrationalis motus ideo dictus est, quia nec judicia nec opiniones affectus sunt, verum animæ quæ ratione carent partium motus. In parte enim animæ rationis experte motus sunt, qui etsi in operibus existunt nostris, nihilo tamen magis in nostra sunt potestate. Sæpe quippe invitis nobis innascuntur & reluctantibus. Quandoque enim accidit, ut etiam si cognoscamus ea quæ incidunt, nec tristia esse nec grata aut expetenda, nec etiam metuenda; nihilominus ab iis trahamur. Quod sanè nunquã fieret, si perturbationes ejusmodi, idẽ essent quod judicium. Judicia enim tunc rejicimus, cum ea improbamus, sive recte, sive secus. Addidimus in definitione præterea, ex bono aliquo aut malo natus: quia ex eo quod inter illa medium est aut indifferens, affectus nunquam in nobis concitatur.

tatur. Quatenus enim bonum aliquid videtur aut malum, perturbationes omnes nascuntur. Bonum enim si adesse videmus, lætamur, si adfuturum, concupiscimus: malum contra cum adest, dolemus, cum imminet, metuimus. Simplices præcipuiq; affectus & quasi reliquorũ elementa, sunt duo; voluptas scilicet & dolor. Cæteri autem ex iis constãt & quasi sunt formati. Neque n. timor iis & concupiscentia quasi simplices quidã principesq; annumerandi sunt. Quoniam qui metuit, non omnino voluptate privatus est: neque enim vel minimum aliquis tempus vivere poterit, qui se aut liberari à malo posse aut levari saltem desperarit. Abundat tamẽ atq; excellit dolor in eo ac molestia, ideoq; mœret. Et qui concupiscit, quod in expectatione potiundi ejus manet quod concupiscit, delectatur: cum vero non penitus cõfidat, nec firmam sat spem habeat, tristatur. Quod si cupido ac metus minimè simplices sunt principesque, sine controversia id sequitur, nullum quoq; reliquorũ affectuum simplicem esse; iram inquam, desiderium, æmulationem, cæteraque hujusmodi. In iis enim voluptas conspicitur & dolor, ut qui ex iis sint conflati. Affectus præterea alii agrestes, alii mansueti

τὸ πάθος. πάντα γὰρ συνίσταται ἢ κατὰ ἀγαθοῦ ἔμφασιν, ἢ κατὰ κακοῦ. ἀγαθὸν γὰρ ἐὰν μὲν παρεῖναι ὑπολάβωμεν, ἡδόμεθα, ἐὰν δὲ μέλλειν, ἐπιθυμοῦμεν· καὶ κακὸν ἐὰν μὲν παρεῖναι ὑπολάβωμεν, λυπούμεθα, τὸ δὲ μέλλον φοβούμεθα. ἔστι δὲ πάθη ἁπλᾶ καὶ στοιχειώδη δύο, ἡδονή τε καὶ λύπη. τἆλλα δὲ ἐκ τούτων πέπλασται· οὐ γὰρ συναριθμητέον τούτοις φόβον καὶ ἐπιθυμίαν, ὡς ἀρχικὰ ὑπάρχοντα καὶ ἁπλᾶ. ὅ, τι γὰρ φοβούμενος οὐ παντελῶς ἐστέρηται ἡδονῆς· οὐδὲ γὰρ τὸν τυχόντα ἂν τις διαγένοιτο χρόνον, ἀπογινώσκων ἀπαλλαγὴν ἢ κουφισμὸν τοῦ κακοῦ. πλεονάζει μέντοι ἐν τῷ λυπεῖσθαι καὶ ὀχλεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο συνῆπται τῇ λύπῃ· ὅ, τι ἐπιθυμῶν ἐν προσδοκίᾳ μένων τοῦ τεύξεσθαι, ἥδεται. οὐ παντελῶς δὲ θαῤῥῶν οὐδ' ἔχων βέβαιον τὴν ἐλπίδα, ἄχθεται. ἐπιθυμίας δὴ καὶ φόβου μὴ ὄντων ἀρχικῶν, ἀνενδοιάστως συγχωρηθήσεται τὸ μηδὲ τῶν ἄλλων τι παθῶν ἁπλοῦν εἶναι. οἷον ὀργὴν λέγω καὶ πόθον, καὶ ζῆλον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. ἐν τούτοις γὰρ ἐνορᾶται ἡ ἡδονὴ καὶ λύπη, ὡς ἂν ἐκ τούτων μεμιγμέναις. τῶν δὲ παθῶν τὰ μέν ἐστιν ἄγρια, τὰ δὲ

ἥμερα

ἡμέρα. καὶ ἥμερα μὲν ὅσα κατὰ φύσιν ὑπάρχει τῷ ἀνθρώπῳ, ἀναγκαῖά τε καὶ οἰκεῖα. οὕτω δὲ ἔχει ἕως ἂν σύμμετρα ὑπάρχοι· προσελθούσης δ' αὐτοῖς ἀμετρίας, ἡμαρτημένα ὑπάρξει. τοιαῦτα ἐστὶν ἡδονή, λύπη, θυμός, ἔλεος, αἰσχύνη· οἰκεῖον γὰρ τὸ ἥδεσθαι ἐπὶ τοῖς κατὰ φύσιν, λυπεῖσθαι δὲ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις. καὶ ὁ μὲν θυμὸς πρὸς τὸ ἀμύνασθαι καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἐχθροὺς ἀναγκαῖος· ὁ δὲ ἔλεος οἰκεῖος φιλανθρωπίᾳ· αἰσχύνη δὲ πρὸς τὸ ἀναχωρεῖν ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν ἐπιτήδειος. ἄγρια δὲ πάθη, ἅπερ παρὰ φύσιν ἐστὶν ἐκ διαστροφῆς συστάντα καὶ ἐθῶν μοχθηρῶν. ταῦτα δὲ ὑπάρχει γέλως καὶ ἐπιχαιρεκακία, καὶ μισανθρωπία. ἃ καὶ ἐπιτεινόμενα καὶ ἀνιέμενα καὶ ὁπωσοῦν ἔχοντα, ἡμαρτημένα ὄντα τυγχάνει, μεσότητα μὴ δεχόμενα. περὶ δὲ ἡδονῆς καὶ λύπης φησὶν ὁ Πλάτων, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη φύσει πως ἀρχῆθεν ἐν ἡμῖν κινηθέντα φέρεται. τῆς μὲν λύπης καὶ τῆς ἀλγηδόνος ἐπιγινομένων παρὰ φύσιν κινουμένοις, τῆς δὲ ἡδονῆς. εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἀποκαθισταμένοις. οἴεται δὲ κατὰ φύσιν κατάστημα εἶναι τὸ μέσον

sunt. Mansueti quidem quicunque natura hominibus insunt, qui si modum teneant, necessarii sunt ac proprii hominibus: sin vero hunc excedunt, vitiosi sunt. Ejusmodi sunt, voluptas, dolor, ira, misericordia, verecundia. Proprium quippe est hominibus, iis quæ secundum naturã accidunt, delectari, contrariis vero dolere. Et ira quidem ad repellandã ulciscendamque necessaria est injuriam: miserecordia humanitati convenit: verecundia verò, ut à rebus declinemus turpibus, nos impellit. Alii sunt agrestes affectus, qui præter naturam sunt: cum ex depravatione aliqua aut perversa nati sint consuetudine. Hujusmodi sunt, risus effusior, & in malis quæ alteri eveniunt, exultatio, & humani generis odium: qui sive vehementes atque intensi, seu remissi sint, aut quocunque modo se habeant, semper aberrant, mediocritatemque laudabilem nullam prorsus admittunt. De voluptate autem & dolore, sic inquit Plato: Hos videlicet affectus, à natura quodammodo in nobis concitari. Cum dolor iis accidat & tristitia, qui præter naturam moventur: voluptas autem iis, qui in constitutionem naturæ suæ propriam restituũtur. Existimat enim naturalem hominis

minimis statum esse, medium inter voluptatem atque dolorem, dum neutro movetur: quo in statu plurimum tempus vivimus. Plures item tradit voluptatum esse species: quarum aliæ corporis, aliæ sunt animæ. Rursus, ex voluptatibus alias cum contrariis conjunctas, alias puras esse. Alias rursus ex præteritorum recordatione, alias ex futurorum spe nasci. Rursus alias turpes, quæ intemperantes, & injustæ, alias moderatas, & cum ipso bono conjunctas. Sicut gaudium bonorum causa, & quæ virtutem comitantur, voluptates. Cum verò voluptates plurimæ natura sua sint turpes, nequaquam disputandum esse censet, utrum simpliciter & absolute bonum esse possit voluptas. Exilis enim nulliusque precii ea videtur esse, quæ alteri natura agnascitur, nec principem habet aut primariam essentiam. Quippe quæ cum contrario cohæreat suo; ut quæ cum dolore conjungatur: Quod nunquam fieret, si alterum bonum, alterum simpliciter esset malum.

ἀλγηδόνος τε καὶ ἡδονῆς, οὐδέτερον ἐκείνων ὂν τὸ αὐτό, ἐν ᾧ καὶ τὸν πλείω χρόνον ὑπάρχομεν. διδάσκει δὲ καὶ εἶναι, ὅτι πολλά ἐστιν εἴδη ἡδονῶν, τὰ μὲν, διὰ τοῦ σώματος, τὰ δὲ, διὰ τῆς ψυχῆς. τῶν δὲ ἡδονῶν τὰς μὲν, μίγνυσθαι τοῖς ἐναντίοις, τὰς δὲ ἀφωρισμένας καθαράς τε καὶ εἰλικρινεῖς· καὶ τὰς μὲν ἀναμνηστικὰς, τὰς δὲ μετ᾽ ἐλπίδος γινομένας. καὶ τὰς μὲν, αἰσχράς; ὅσαι ἀκόλαστοί τε καὶ μετ᾽ ἀδικίας, τὰς δὲ, μετρίας, καὶ ἄλλας γέ πως μετεχούσας τοῦ ἀγαθοῦ· οἷον τήν τε εὐφροσύνην τὴν ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ τὰς ἐν ταῖς ἀρεταῖς ἡδονάς. πεφυκυιῶν δὲ πολλῶν ἀδοκίμων ἡδονῶν, οὐ ζητητέον εἰ τῶν ἁπλῶν ἀγαθῶν δύναται εἶναι. ἐξίτηλος γὰρ φαίνεται καὶ οὐδενὸς ἀξία, ἐπιγεννηματικὴ τῇ φύσει ὑπάρχουσα, καὶ οὐδὲν οὐσιῶδες οὐδὲ προηγούμενον ἔχουσα, συνυπάρχουσά τε τῷ ἐναντίῳ· μίγνυται γὰρ ἡδονὴ καὶ λύπη. οὐκ ἂν συνέβαινε δὲ τοῦτο, εἰ τὸ μὲν ἁπλῶς ἦν ἀγαθόν. θάτερον δὲ κακόν.

ΤΗΣ

ΤΗΣ ΦΙΛΙΑΣ περὶ.

Κεφ. λβ.

Φιλία δὲ ἡ μάλιστα καὶ κυρίως λεγομένη οὐκ ἄλλη τίς ἐστι τῆς συνισταμένης κατ' εὔνοιαν ἀντίστροφον. αὕτη δὲ ἐφίσταται ὅταν ἐπίσης ἑκάτερος βούληται τὸν πλησίον καὶ ἑαυτὸν εὖ πράττειν. ἡ δὲ ἰσότης αὕτη οὐκ ἄλλως σώζεται ἢ κατὰ τὴν τοῦ ἤθους ὁμοιότητα. τὸ γὰρ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ μετρίῳ ὄντι φίλον ὑπάρχει, τὰ δὲ ἄμετρα, οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε τοῖς συμμέτροις δύναται ἐφαρμόσαι. εἰσὶ δέ τινες καὶ ἄλλαι νομιζόμεναι φιλίαι, οὐ μὴν καὶ οὖσαι, ὑπὸ τῆς ἀρετῆς, ὥσπερ ἐπικεχρωσμέναι· ἥτε φυσικὴ τῶν γονέων πρὸς τὰ ἔκγονα, καὶ ἡ τῶν συγγενῶν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἡ λεγομένη πολιτικὴ καὶ ἡ ἑταιρική. αὗται δὲ οὐκ ἀεὶ ἔχουσι τὸ ἀντίστροφον τῆς εὐνοίας. εἶδος δέ πως φιλίας ἐστὶ καὶ τὸ ἐρωτικόν. ἔστι δὲ ἐρωτικὴ, ἡ μὲν ἀστεία, ἡ τῆς σπουδαίας ψυχῆς· ἡ δὲ φαύλη, ἡ τῆς κακῆς· μέση δὲ, ἡ τῆς μέσως διακειμένης. ὥσπερ οὖν τρεῖς εἰσιν ἕξεις ψυχῆς λογικοῦ ζώου, ἡ μὲν

DE AMICITIA.

CAP. XXXII.

Amicitia proprie dicta, non aliter quam per mutuam fit & reciprocam benevolentiam. Hæc vero tunc existit, cum uterque, non minus de alterius quam de sua est sollicitus felicitate: quæ quidem æqualitas non aliter quam per similitudinem conservatur morum. Simile enim simili, modo moderatum sit, est amicum: intemperata vero, neque inter se, nec cum moderatis possunt convenire. Sunt & aliæ quædam, quæ putantur, nec sunt tamen amicitiæ, in quibus aliqua apparet virtutis species, cujusmodi est naturalis parentum in liberos cognatorumque inter se benevolentia, nec non ea quæ civilis ac sodalitia nuncupatur. Quas non semper mutua comitatur benevolentia. Species præterea quædam amicitiæ, amatoria est. Est est autem amandi ratio, quæ honesta, animi generosi, quæ turpis, perversi, quæ media, ejus qui medio modo affectus. Etenim quemadmodum tres in animalis rationi præditi anima sunt habitus, unus re-

ctus

ctus, unus turpis, unus medius horum: ita & amandi rationes, specie inter se diversæ. Quod maxime fines diversi, quos proponunt sibi, declarant. Et turpis quidem à sola corporis voluptate abripitur: ideoque plane est brutalis. Honestus verò solum respicit animum, quatenus quædam in eo virtutis indicia apparent. Medius utramque & corporis appetit pulchritudinem & animi. Quo amore qui dignus est, etiam medius est: hoc est nec honestus plane nec improbus. Quare eum qui circa corpora versatur Amorem, Dæmonem appellare potius quam Deum oportet: cum nunquam in humano fuerit corpore, sed divina deferat ad homines, & vice versa. Cum vero amatoria hæc ratio in tres vulgo sit distincta species, ut jam diximus, boni viri amor, cum à vitiosis remotus sit affectibus, artificialis est. Vnde & in rationali animæ parte collocatur. Quæ autem de eo præcipiuntur, hæc sunt: ut quis dignoscat quis amore dignus sit, eumque paret sibi amicum, & cum paraverit fruatur. Dignoscit autem vel ex proposito, vel ex appetitionibus: an generosæ sint, an bonum finem sequantur, an violentæ & calidæ. Parabit autem eum quem in deliciis habiturus est, non

ἀγαθή, ἡ δὲ, φαύλη, τρίτη δὲ τούτων, μέση· οὕτω καὶ τρεῖς ἐρωτικαὶ εἶεν ἂν κατ' εἶδος ἀλλήλων διαφέρουσαι. τὸ δ' εἶναι τρεῖς αὐτὰς, δηλοῦσι μάλιστα οἱ σκοποὶ διαφέροντες ἀλλήλων· ἡ μὲν γὰρ φαύλη μόνου τοῦ σώματός ἐστι τοῦ ἡδέος ἡττωμένη, καὶ ταύτῃ βοσκηματώδης ὑπάρχουσα· ἡ δὲ ἀστεία ψιλῆς τῆς ψυχῆς ἕνεκεν, ἡ ἐνορᾶται ἐπιτηδειότης πρὸς ἀρετήν. ἡ δὲ μέση τοῦ συναμφοτέρου, ὀρεγομένη μὲν τοῦ σώματος, ὀρεγομένη δὲ καὶ τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς. ὁ δὲ ἀξιέραστος καὶ αὐτὸς μέσος τις ὑπάρχει, οὔτε φαῦλος ὢν οὔτε ἀστεῖος. ὅθεν καὶ τὸν σωματοποιούμενον ἔρωτα δαίμονά τινα φατέον, μᾶλλον ἤπερ θεόν· μηδέποτε ἐν γηΐνῳ σώματι γεγενημένον, διαπορθμεύοντα τὰ παρὰ θεῶν ἀνθρώποις, καὶ ἀνάπαλιν. κοινῶς δὲ τῆς ἐρωτικῆς εἰς τὰς τρεῖς ἰδέας διῃρημένης τὰς προειρημένας, ἡ τοῦ ἀγαθοῦ τοίνυν ἐρωτική, ἀπηλλαγμένη πάθους τεχνική τις ὑπάρχει. ὅθεν καὶ ἐν τῷ λογιστικῷ συνίσταται τῆς ψυχῆς. θεωρήματα δ' αὐτῆς, τὸ γνῶναί τε τὸν ἀξιέραστον, καὶ κτήσασθαι καὶ χρήσασθαι. ἐπικρίνει δὲ αὐτὸν ἐκ τῶν προθέσεων αὐτοῦ καὶ ὁρμῶν· εἰ εὐφυεῖς, εἰ ἐπὶ τὸ καλὸν γινόμεναι, εἰ σφοδραί τε καὶ διάπυροι. κτήσεται δὲ αὐτὸν ὁ κτώμενος,

νος, οὐ θρύπτων οὐδὲ ἐπαινῶν τὰ παιδικά, ἀλλὰ μᾶλλον κωλύων, καὶ ἐνδεικνύμενος ὅτι οὐ βιωτὸν αὐτῷ οὕτως ἔχοντι, ὡς νῦν ἔχει. ὅταν δὲ ἕλῃ τὸν ἐρώμενον, χρήσεται αὐτῷ παρεγγυῶν ταῦτα δι' ὧν ἀσκητὴς ἔσται τέλειος. τέλος δὲ αὐτοῖς, τὸ ἀντὶ ἐραστοῦ καὶ ἐρωμένου γενέσθαι φίλους.

ΤΩΝ ΕΙΔΩΝ ΤΗΣ πολιτείας περὶ.

Κεφ. λγ.

Τῶν δὲ πολιτειῶν φησι τὰς μὲν, ἐνυποθέτους εἶναι, ἃς ἐν τῇ πολιτείᾳ διεξῆλθεν. ἐν γὰρ ταύτῃ προτέραν μὲν ὑπέγραψε τὴν ἀπόλεμον, δευτέραν δὲ τὴν φλεγμαίνουσαν καὶ πολεμικήν· ζητῶν τίνες ἂν εἶεν αἱ βέλτισται τούτων, καὶ πῶς ἂν συσταῖεν. ἔστι δ' ὅπου παραπλησίως τῇ διαιρέσει τῆς ψυχῆς καὶ ἡ πολιτεία διῃρημένη τριχῆ. εἰς τε τοὺς φρουροὺς, καὶ εἰς τοὺς ἐπικούρους, καὶ εἰς τοὺς δημιουργούς. ὧν τοῖς μὲν, τὸ βουλεύεσθαι καὶ ἄρχειν ἀποδίδωσι, τοῖς δὲ, προπολεμεῖν οἱ δέοι (ὡς κατὰ τὸ θυμικὸν τακτέον, ὥσπερ συμμαχοῦντας τῷ λογιστικῷ) τοῖς δὲ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἄλλας ἐργασίας. τοὺς δὲ ἄρχοντας ἀξιοῖ φιλοσόφους εἶναι καὶ θεωρητικοὺς τοῦ πρώτου

lasciviendo, aut ut extollat eum nimium: sed ut castiget potius, ostẽdatq; non expedire illi ut eo pacto vivat, quemadmodũ nunc habet. Cum autẽ amasio suo fruetur, ad ea semper eum adhortabitur, quibus exercitatus ad perfectum pervenire habitum poterit. Finis autem illis est, ut ex amante & amato, amici tandem fiant.

DE SPECIEBVS reipub.

CAP. XXXIII.

Rerumpublicarum quasdam esse dicit suppositas, quas in libris de Republica tradidit. In iis enim priorem quidem concordem, secundam verò dissidentem descripsit & flagrantem, quærens utra sit præstantior istarum, & quo pacto sint constituendæ. Est & apud eum juxta divisionem animæ, in tria membra divisa Resp. in custodes, adjutores, artifices Quorum primis hoc tribuit, ut consulant & imperent. Secundis, ut cum opus est armis Remp. propugnent: qui irascendi facultati respondent. Postremis artes ac ministeria cætera. Principes autem vult esse philosophos, & primum contemplari bonum. Hoc n. modo duntaxat, ipsos recte administraturos

esse

esse omnia: quippe nunquam à malis liberari humanum genus posse, nisi aut philosophi regnent, aut qui regnant, divina quadam sorte philosophentur. Optime enim & cum justitia tunc administrari Rempub. cũ unaquæque civitatis ita suo munere fungitur portio: ut principes consilium dent populo: propugnatores illis pareant, ac pro illis prælientur: reliqui verò superioribus libẽter gerant morem. Formas autem Reipub. facit quinque. Primam Aristocratiam, cum optimates imperant: secundam Timocratiam, cum ambitiosi regunt: tertiam Democratiam, cum populus: quartam Oligarchiam, cum pauci: postremo Tyranidem, quæ omnium est pessima. Describit quoq; alias ex suppositione Respublicas, cujusmodi est quæ libris de legibus instituitur, & quæ ex emendatione in epistolis extat. Qua apud eas civitates utitur, quas ægrotare in libris dixerat de legibus: quæ & distinctum jam locum, & ex omni ætate electos habent homines: ut pro diversitate vel naturæ suæ vel loci, diversa quoq; institutione & educatione egeant, & armis. Qui .n. maritimi, navigationi studeant, & navalia gerãt prœlia: qui me-

ἀγαθοῦ· μόνον γὰρ οὕτω κατὰ τρόπον διοικήσειν αὐτὰς πάντα. οὐ γάρ ποτε κακῶν λήξειν τὰ πράγματα τὰ ἀνθρώπινα, εἰ μὴ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσειαν, ἢ οἱ λεγόμενοι βασιλεῖς ἀπό τινος θείας μοίρας ὄντως φιλοσοφήσειαν· ἄριστα γὰρ καὶ μετὰ δικαιοσύνης ἐπιδέξειν τὰς πόλεις τὸ τηνικάδε, ὅταν ἕκαστον μέρος αὐτονομῇ. ὥστε προβουλεύειν μὲν τοὺς ἄρχοντας τοῦ λαοῦ, τοὺς δὲ συμμάχους τούτοις ὑπηρετεῖν, καὶ τούτων προμάχεσθαι, τούτοις δὲ εὐπειθῶς συνέπεσθαι τοὺς λοιπούς. πέντε δέ φησιν εἶναι πολιτείας· τήν τε ἀριστοκρατικήν, ὁπόταν οἱ ἄριστοι ἄρχωσι, καὶ δευτέραν τὴν τιμοκρατικήν, φιλοτίμων ὄντων τῶν ἀρχόντων, καὶ τρίτην τὴν δημοκρατικήν, καὶ μετὰ ταύτην τὴν ὀλιγαρχικήν, τελευταίαν δὲ τὴν τυραννίδα, χειρίστην ὑπάρχουσαν. ὑπογράφει δὲ καὶ ἄλλας πολιτείας ἐξ ὑποθέσεως. ὧν ἐστιν ἥ τε ἐν νόμοις, καὶ ἡ ἐκ διορθώσεως ἐν ἐπιστολαῖς· ᾗ χρῆται πρὸς τὰς νενοσηκυίας πόλεις τὰς ἐν τοῖς νόμοις, ἤδη καὶ τόπον ἀφωρισμένον ἐχούσας, καὶ ἀνθρώπους λογάδας ἀπὸ πάσης ἡλικίας, ὥστε κατὰ τὰς διαφορὰς τῆς φύσεως αὐτῶν καὶ τῶν τόπων παιδείας τε οἰκείας δεῖσθαι, καὶ ἀγωγῆς, καὶ ὁπλίσεως. οἱ μὲν γὰρ παραθαλάττιοι καὶ ναυτίλλοιντο ἂν καὶ ναυμαχοῖεν· οἱ δὲ ἐν μεσογείᾳ οἰκοῦντες

πρὸς

πρὸς πεζομαχίαν ἁρμόττοιντο ἂν καὶ ὅπλισιν· ἢ κουφοτέραν, ὡς οἱ ὄρειοι, ἢ βαρυτέραν, ὡς ἐν γεωλόφοις οἰκοῦντες πεδίοις. ἔνιοι δ' αὐτῶν καὶ ἱππασίαν ἂν ἐπασκοῖεν. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ πόλει οὐδὲ κοινὰς εἶναι τὰς γυναῖκας νομοθετεῖ. ἔστιν οὖν πολιτικὴ ἀρετὴ θεωρητική τε καὶ πρακτικὴ καὶ προαιρετικὴ, τὴν ἀγαθὴν ποιεῖν πόλιν καὶ εὐδαίμονα, καὶ ὁμονοοῦσάν τε καὶ συμφωνοῦσαν· ἐπιτακτική τις οὖσα, καὶ ἔχουσα ὑποβεβλημένας πολεμικήν τε καὶ στρατηγικὴν καὶ δικαστικήν. σκέπτεται γὰρ ἡ πολιτικὴ ἄλλα μυρία, καὶ δὴ καὶ αὐτὸ τοῦτο, εἴτε πολεμητέον, εἴτε μή.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ.

Κεφ. λδ'.

Ὁποῖος δὲ ἐστιν ὁ φιλόσοφος προειρημένου, τούτου διαφέρει ὁ σοφιστὴς τῷ μὲν τρόπῳ, ὅτι μισθαρνίᾳ τῶν νέων, καὶ μᾶλλον νομίζεσθαι βούλεσθαι ἢ εἶναι καλὸς καὶ ἀγαθός· τῇ δὲ ὕλῃ, ὅτι ὁ μὲν φιλόσοφος περὶ τὰ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα καταγίνεται, ὁ δὲ σοφιστὴς περὶ τὸ μὴ ὂν πραγματεύεται, ἀναχωρῶν εἰς τόπον, διὰ τὸ σκοτεινὸν καὶ δυσδιόρατον. τῷ γὰρ ὄντι οὐκ ἀντίκειται τὸ μὴ ὄν, τοῦτο γὰρ ἀνύπαρκτον,

diterranei, pedestrem gerant pugnam atque armaturam: leviorem, qui montes; graviorem, qui colunt littora. Nonnulli quoque ex iis equestrem pugnam exerceant. In hac vero civitate, nequaquam communes facit mulieres. Est igitur Politice, virtus quæ in actione simul & contẽplatione versatur, cui propositum est, bonam beatamque ac sibi convenientem efficere civitatem. Considerat præterea & alia infinita: sed inter alia & hoc, bellumne sit gerendum necne, considerat.

DE SOPHISTA.

CAP. XXXIV.

HActenus cujusmodi sit Philosophus dictum fuit: à quo differt sophista. Primo quidẽ moribus, quod mercede doceat juvenes, & videri magis quam esse bonus honestusque velit. Materia autẽ, quod circa illa quæ sẽper eadem sunt, & eodẽ modo se habent, versetur philosophus: sophista in eo quod non est: atq; ita tenebras, ne appareat qualis sit, sectetur. Illi namque quod est, id quod non est, haudquaquã opponitur. Siquidẽ hoc nec existit, nec substantia ullius

est

est particeps, nec etiam intelligi potest. Quod quidem si quis vel voce exprimere, vel cogitatione complecti conabitur, aberrabit: quia contraria & pugnantia complectitur. Est autem id quod non est, quatenus auditur, non nuda ejus quod est negatio, sed quod aliquid ad alterum relatum subindicat: quod enti quodam modo adjungitur. Vt nisi simul aliquid ab ente quodam modo assumserit, ab aliis distingui non possit. Nunc autem quot sunt, quæ sunt, totidem modis quod non est, profertur. Quoniam quod non est quoddam ens, id est non ens.

Et hæc quidem ad introductionẽ quandam in philosophiam Platonicam, dicta sufficiant. Quorum nonnulla forte ordine, cætera sparse & confuse tractavimus. Quæ tamen sufficere videntur, ut ex iis aliquis reliqua quoque ejus placita contemplari atque indagare possit.

καὶ ἀνεννόητον, καὶ μηδεμίαν ἔχον ὑπόστασιν. ὃ καὶ εἴ τις εἰπεῖν ἢ νοῆσαι βιάζοιτο, περιτραπήσεται, διὰ τὸ μάχην αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ περιέχειν. ἔστι δὲ τὸ μὴ ὂν καθ' ὃ ἐξακούεται, οὐ ψιλὴ ἀπόφασις τοῦ ὄντος, ἀλλὰ μετὰ συνεμφάσεως τῆς πρὸς ἕτερον, ὅπερ καὶ τῷ τρόπῳ ὄντι παρέπεται. ὡς εἰ μὴ καὶ αὐτὸ μεταλαμβάνει τοῦ μὴ ὄντος, οὐκ ἂν ἐχωρίζετο τῶν ἄλλων. νῦν δὲ ὅσαπερ ἔστι τὰ ὄντα, τοσαυταχῶς καὶ τὸ μὴ ὄν· τὸ γὰρ μή τι ὂν οὐκ ἔστιν ὄν.

Τοσαῦτα ἀπαρκεῖ πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὴν Πλάτωνος δογματοποιΐαν εἰρῆσθαι· ὧν ἴσως τὰ μὲν τεταγμένως εἴρηται, τὰ δὲ σποράδην τε καὶ ἀτάκτως. ὥς γε μέντοι ἀπὸ τῶν εἰρημένων θεωρητικούς τε καὶ εὑρετικοὺς ἐξ ἀκολουθίας καὶ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ δογμάτων γενέσθαι.

ΟΡΟΙ

ΟΡΟΙ ΣΠΕΥΣΙΠΠΟΥ.

Ἀΐδιον, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν καὶ νῦν μὴ διεφθαρμένον. Θεὸς ζῷον ἀθάνατον, αὔταρκες πρὸς εὐδαιμονίαν. Οὐσία ἀΐδιος, τῆς τἀγαθοῦ φύσεως αἰτία. Γένεσις, κίνησις εἰς οὐσίαν. Μετάληψις οὐσίας, πόρευσις εἰς τὸ εἶναι. Ἥλιος, πῦρ οὐράνιον· ὃ μόνον ἀπ' ἠοῦς μέχρι δείλης τοῖς αὐτοῖς ἐστὶν ὁρᾶσθαι· ζῷον ἀΐδιον, ἔμψυχον· ἄστρον ἡμερόφαντον τὸ μέγιστον. Χρόνος, ἡλίου κίνησις, μέτρον φορᾶς. Ἡμέρα, ἡλίου πορεία ἀπ' ἀνατολῶν εἰς δυσμάς. Φῶς, τοὐναντίον νυκτί. Ἕως, ἡμέρας ἀρχή· τὸ πρῶτον φῶς ἀπὸ τοῦ ἡλίου. Μεσημβρία, χρόνος ἐν ᾧ τῶν σωμάτων αἱ σκιαὶ ἐλαχίστου μήκους κοινωνοῦσι. Δείλη, ἡμέρας τελευτή. Νύξ, σκότος, τοὐναντίον ἡμέρᾳ· ἡλίου στέρησις. Τύχη, φορὰ ἐξ ἀδήλου εἰς ἄδηλον, καὶ ἐκ τοῦ αὐτομάτου· αἰτία δαιμονίας πράξεως. Γῆρας, φθίσις ἐμψύχου ὑπὸ χρόνου γιγνομένη. Πνεῦμα, κίνησις ἀέρος περὶ τὴν γῆν. Ἀήρ, στοιχεῖον οὗ πᾶσαι αἱ

Definitiones SPEUSIPPI.

Sempiternum, quod per omne tempus & prius extitit, & nunc est, nulli corruptioni obnoxium. Deus, vivens immortale: per seipsum ad beatitudinem sufficiens: essentia sempiterna: ipsius boni causa. Generatio, motus ad essentiam. Sol, cœlestis ignis, qui solùm ab ortu ad occasum ab iisdem aspici potest: animal sempiternum: astrum animatum, diurnum ac maximum. Tempus, solis motus: progressionis mensura. Dies solis iter ab ortu ad occasum: lumen nocti contrarium. Aurora, diei principium: primum a sole lumen. Meridies, tempus in quo umbræ corporum quàm brevissimæ sunt. Occasus, diei finis. Nox, umbra diei contraria: Solis privatio. Fortuna, motus ab occulto in occultum casu quodam: felicis actionis causa. Senectus, decrementum vitæ tempore factum. Ventus, agitatio aëris circa terram. Aër, elementum cujus omnes loci mutationes secundum naturam sunt.

Cælum, corpus omnia complectens ſenſibilia, præter ipſum ſupremum aërem. Anima, quod ſeipſum movet, cauſa vitalis motus, animantibus. Potentia, quod eſt per ſeipſum efficax. Viſus, habitus quo corpora diſcernuntur. Os, medulla calore conſolidata. Elementum, ex quo componuntur, & in quod cōpoſita diſſolvuntur. Virtus, diſpoſitio optima, vel habitus optimus mortalis animantis per ſe laudabilis: habitus ſecundum quem, quod habet, bonum vocatur. Communio, legum juſta inſtitutio, quâ quod præditum eſt, probum dicitur: habitus concordiam præſtans. Prudentia, vis quæ per ſeipſam ad beatitudinem humanam ducit, ſcientia bonorum & malorum, diſpoſitionem felicem præſtans, quâ quid agendum ſit, & quid non dijudicamus. Juſtitia, conſenſio animæ ad ſeipſam, ejuſque partium ordo ad invicem mutuus: habitus unicuique pro dignitate diſtribuens: habitus quo qui præditus eſt, ſemper quæ juſta videntur, eligit: habitus vitæ legibus obedientis, æqualitas communicativa: habitus qui legibus rectis ſemper obtemperat. Temperantia, moderatio animæ circa na-

κατὰ τόπον κινήσεις κατὰ φύσιν εἰσίν. Οὐρανὸς, σῶμα περιέχον πάντα τὰ αἰσθητὰ, πλὴν αὐτοῦ τοῦ ἀνωτάτου ἀέρος. Ψυχὴ, τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν· αἰτία κινήσεως ζωτικῆς ζώων. Δύναμις, τὸ καθ' αὑτὸ ποιητικόν. Ὄψις, ἕξις διακριτικὴ σωμάτων. Ὀστοῦν, μυελὸς ὑπὸ θερμοῦ παγείς. Στοιχεῖον, τὸ συνάγον καὶ διαλύον τὰ σύνθετα. Ἀρετὴ, διάθεσις ἡ βελτίστη· ἕξις θνητοῦ ζώου καθ' αὑτὴν ἐπαινετή· ἕξις καθ' ἣν τὸ ἔχον ἀγαθὸν λέγεται. Κοινωνία, νόμων δικαία διάθεσις, καθ' ἣν τὸ ἔχον, διακείμενον τελείως, σπουδαῖον λέγεται. ἕξις ποιητικὴ εὐνομίας. Φρόνησις, δύναμις ποιητικὴ καθ' αὑτὴν τῆς ἀνθρώπου εὐδαιμονίας· ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν. ἐπιστήμη ποιητικὴ εὐδαιμονίας· διάθεσις καθ' ἣν κρίνομεν τί πρακτέον καὶ τί οὐ πρακτέον. Δικαιοσύνη, ὁμόνοια τῆς ψυχῆς πρὸς αὑτὴν, καὶ εὐταξία τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν πρὸς ἄλληλά τε καὶ περὶ ἄλληλα. ἕξις διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ· ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων προαιρετικός ἐστι τῶν φαινομένων αὐτῷ δικαίων· ἕξις ἐν βίῳ, νόμου ὑπήκοος· ἰσότης κοινωνική· ἕξις ὑπηρετικὴ ὀρθῶν νόμων. Σωφροσύνη μετριότης

τῆς

τῆς ψυχῆς περὶ τὰς ἐν αὐτῇ κατὰ φύσιν γιγνομένας ἐπιθυμίας τε καὶ ἡδονάς· εὐαρμοστία καὶ εὐταξία ψυχῆς πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἡδονὰς καὶ λύπας· συμφωνία ψυχῆς πρὸς τὸ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. αὐτοπραγία κατὰ φύσιν· εὐταξία ψυχῆς· λογιστικὴ ὁμιλία ψυχῆς περὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν· ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων αἱρετικός ἐστι καὶ εὐλαβητικὸς ὧν χρή. Ἀνδρεία, ἕξις ψυχῆς ἀκίνητος ὑπὸ φόβου. θάρσος πολεμικόν· ἐπιστήμη τῶν κατὰ πόλεμον πραγμάτων· ἐγκράτεια ψυχῆς πρὸς τὰ φοβερὰ καὶ δεινά. τόλμα ὑπηρετικὴ φρονήσεως. εὐθαρσία ἐπὶ θανάτου προσδοκίᾳ· ἕξις διαφυλακτικὴ διαλογισμῶν ὀρθῶν ἐν κινδύνοις· ῥώμη πρὸς κίνδυνον ἀντίρροπος· ῥώμη καρτερικὴ πρὸς ἀρετήν· ἠρεμία ψυχῆς περὶ τὰ δεινὰ καὶ θαρσαλέα κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον φαινόμενα· σωτηρεία δογμάτων ἀδήλων περὶ τὰ δεινά, καὶ ἐμπειρία πολέμου· ἕξις ἐμμενητικὴ νόμου. Ἐγκράτεια, δύναμις ὑπομονητικὴ λύπης· ἀκολούθησις τῷ ὀρθῷ λογισμῷ· δύναμις ἀνυπέρβλητος τοῦ ὑποληφθέντος τῷ ὀρθῷ λογισμῷ. Αὐτάρκεια, τελειότης κτήσεως ἀγαθῶν. ἕξις καθ' ἣν οἱ ἔχοντες αὐτοὶ αὐτῶν

turales concupiſcentias atque voluptates: compoſitio ordoque animæ ad naturales voluptates atque dolores: conſonantia animæ ad imperandum & obediendum: voluntaria eorum quæ ſecundum naturam ſunt, actio: rationalis animæ conſervatio, quoad honeſta & turpia: habitus quo decentia eligimus & ſervamus. Fortitudo, habitus animæ intrepidus: militaris audacia: peritia illorum quæ ad bellum ſpectant: conſtantia animi adverſus illa quæ terrere ſolent: audacia prudentiæ pediſſequa: intrepiditas in mortis expectatione: affectio ſervans in periculis rationale propoſitum: robur contra periculum obſiſtens: vigor tolerans omnia virtutis gratiâ: perſeveratio animi in iis, quæ rectæ rationi audenda vel metuenda videntur: obſervatio eorum quæ ratio dictat in rebus pavendis: rei militaris peritia: habitus in lege immobiliter perſeverans. Conſtantia, poteſtas perferendæ moleſtiæ ſequentis ex iis, quæ recta ratio juſſit: poteſtas quæ nunquam dejicitur è rationis propoſito. Sufficientia, perfecta bonorum poſſeſſio: habitus quo unuſquiſque ſui ipſius Dominus fit. Æquitas, juſtorum conducentium

remissio, moderatio in commerciis: ordo rationalis animæ, quo ad honesta & turpia. Tolerantia, perpessio molestiæ honesti gratiâ: præpessio laborum honesti gratiâ. Audacia, securitas, quâ quis malum neque futurum expectat, neque præsens horrescit. Indolentia, habitus, quo in dolores nunquam incidimus. Perseverantia, affectio quæ perficit quodcunque elegerit, id est, tolerantia voluntaria: adversus labores inconcussus habitus. Pudor, audaciæ remissio: ejus quod optimum apparet spontanea & libens acceptio: formido vituperationis veræ. Libertas, vitæ dominium: dominatio in omnibus absoluta: licentia propria vitæ: affectio in possessione & usu rerum minimè parca. Liberalitas, habitus qui in quærendis erogandisque pecuniis decorum servat: decens acquisitio accumulatioque pecuniæ. Mansuetudo, constitutio animæ adversus iræ impetum immobilis: moderata temperies animæ. Modestia, voluntaria ad id quod optimum judicatur concessio: in gestu corporis compositio. Beatitudo, bonum ex bonis omnibus accumulatum: potestas ad benè vivendum seipsa sufficiens: perfectio secundum virtutem: sufficiens vitæ commoditas. Mag-

ἄρχουσιν. Ἐπιείκεια δικαίου καὶ συμφερόντων ἐλάττωσις, μετριότης ἐν συμβολαίοις, εὐταξία ψυχῆς λογιστικῆς πρὸς τὰ καλὰ καὶ αἰσχρά. Καρτερία, ὑπομονὴ λύπης ἕνεκα τοῦ καλοῦ. Θάρσος ἀπροσδοκία κακοῦ ἀνεκπληξία διὰ κακοῦ παρουσίαν. Ἀλυπία, ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοι ἐσμὲν εἰς λύπας. Φιλοπονία, ἕξις ἀποτελεστικὴ οὗ ἂν προέληται· καρτερία ἑκούσιος· ἕξις ἀδιάβλητος πρὸς πόνον. Αἰδὼς, τολμήσεως ὑποχώρησις ἑκουσία δικαίως, καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον φανέν. καταλαβὴ ἑκουσία τοῦ βελτίστου· εὐλάβεια ὀρθοῦ ψόγου. Ἐλευθερία, ἡγεμονία βίου, αὐτοκράτεια ἐπὶ παντί· ἐξουσία τοῦ καθ' ἑαυτὸν ἐν βίῳ. ἀφειδεία ἐν χρήσει καὶ ἐν κτήσει οὐσίας. Ἐλευθεριότης, ἕξις πρὸς τὸ χρηματίζεσθαι ὡς δεῖ. πρόσθεσις ἢ κτῆσις οὐσίας ὡς χρή. Πραότης, κατάστασις κινήσεως τῆς ὑπ' ὀργῆς: κρᾶσις ψυχῆς σύμμετρος. Κοσμιότης, ὑπείξις ἑκούσιος πρὸς τὸ φανὲν βέλτιστον· εὐταξία περὶ κίνησιν σώματος. Εὐδαιμονία, ἀγαθὸν ἐκ πάντων ἀγαθῶν συγκείμενον· δύναμις αὐτάρκης πρὸς τὸ εὖ ζῆν· τελειότης κατ' ἀρετήν· ὠφέλεια αὐτάρκης ζώου. Μεγαλο-

γαλοπρέπεια, ἀξίωσις κατὰ λογισμὸν ὀρθὸν τὸν σεμνότατον. Ἀγχίνοια εὐφυΐα ψυχῆς καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστιν ἑκάστῳ τοῦ δέοντος· ὀξύτης νοῦ. Χρηστότης, ἤθους ἀπλαστία μετ' εὐλογίας, ἤθους σπουδαιότης. Καλοκαγαθία, ἕξις προαιρετικὴ τῶν βελτίστων. Μεγαλοψυχία, χρῆσις τοῖς συμβαίνουσιν ἀστεία. μεγαλοπρέπεια ψυχῆς μετὰ λόγου. Φιλανθρωπία, ἕξις εὐάγωγος ἤθους πρὸς ἀνθρώπου φιλίαν. ἕξις εὐεργετικὴ ἀνθρώπων. Εὐσέβεια, δικαιοσύνη περὶ θεούς. δύναμις θεραπευτικὴ θεῶν. ἑκούσιος περὶ θεῶν τιμῆς ὑπόληψις. ὀρθὴ ἐπιστήμη τῆς περὶ θεῶν τιμῆς. Ἀγαθὸν, τὸ αὐτοῦ ἕνεκεν. Ἀφοβία, ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοι ἐσμὲν εἰς φόβους. Ἀπάθεια, ἕξις καθ' ἣν ἀνέμπτωτοι ἐσμὲν εἰς πάθη. Εἰρήνη, ἡσυχία ἀπ' ἔχθρας πολεμικῆς. Ῥαθυμία, ῥᾳστώνη ψυχῆς. ἀπάθεια τοῦ θυμοειδοῦς. Δεινότης, διάθεσις, καθ' ἣν ὁ ἔχων στοχαστικός ἐστι τοῦ ἰδίου τέλους. Φιλία, ὁμόνοια ὑπὲρ καλῶν καὶ δικαίων· προαίρεσις βίου τοῦ αὐτοῦ· ὁμοδοξία περὶ προαιρέσεως καὶ πράξεως· ὁμόνοια περὶ βίου κοινωνίαν μετ' εὐνοίας. κοινωνία, τοῦ εὖ ποιῆ-

nificentia, æstimatio secundum rationem rectam & honorandam. Industria, ingenium animæ, quo quisquis munitus est, in singulis quod decet facilè conjicit: mentis acumen. Frugalitas, rationalis vitæ simplicitas, morumque bonorum studium. Bonitas affectio quâ eligimus optima. Magnanimitas, moderatus contingentium usus: urbana cum hominibus conversatio: magnificentia animi cum ratione. Φιλανθρωπία, id est, humanitas, affectio amicitiæ: hominum conciliatrix; habitus hominibus benefìcus: gratiarum redditio: gratitudo benefica. Pietas, justitii, erga Deum: affectio colens Deum, voluntaria veneratio Dei: recta honoris Divini scientia. Bonum, quod sui ipsius gratiâ expetendum. Intrepiditas, habitus per quem timoribus nullis movemur. Sanitas animæ, habitus affectibus non succumbens. Pax, quies quâ ab inimicitiis belli cessamus. Humilitas, facilitas animæ omnis expers iracundiæ. Astutia, affectio quâ finem proprium conjectamus. Amicitia, consensio in rebus honestis & justis, ejusdem vitæ electio: consensus in deliberando atque agendo, concordia in communione vitæ cum benevolentiâ: com-

 muni

munio in dandis accipiendisq; beneficiis. Generositas, virtus ingenui moris: facilitas animi ad dicenda pariter atque agenda. Electio, approbatio recta. Benevolentia, electio hominis ad hominem grata atque accepta. Propinquitas, communio in eodem genere. Consensus, communicatio rerum omnium: cogitationum suspicionumq; concordia. Charitas, integra animi declaratio: civilis scientia honestorumque atque utilium: scientia justitiam inducens in Rempub. Societas, amicitia ex diurnâ æqualium consuetudine conflata. Sagacitas, innata ratiocinandi virtus. Fides, recta præsumptio quòd sic se res habeat, ut sibi videtur: morum stabilitas. Veracitas, habitus in affirmando atque negando rectus: scientia veri. Voluntas, appetitus secundum rationem rectam: affectus rationalis: affectus cum ratione secundum Naturam tendens. Consilium, admonitio alterius de agendarum rerum ratione. Opportunitas, imminentia temporis, in quo vel agere vel pati quisquam oporteat. Cautio, declinatio mali: diligentia custodiendi. Ordo, concentus operationum ad invicem: communionis proportio: vicissitudinis in omnibus causa: contemperatio ad percipiendū

σαι καὶ παθεῖν. Εὐγένεια, ἀρετὴ εὐγενοῦς ἤθους. εὐαγωγία ψυχῆς πρὸς λόγους καὶ πράξεις. Αἵρεσις δοκιμασία ὀρθή. Εὔνοια, αἵρεσις ἀνθρώπου πρὸς ἄνθρωπον ἀσπασμός. Οἰκειότης, ταὐτοῦ γένους κοινωνία. Ὁμόνοια, κοινωνία τῶν ὄντων ἁπάντων. συμφωνία νοημάτων καὶ ὑπολημμάτων. Ἀγάπησις, ἀπόδειξις παντελής. Πολιτική, ἐπιστήμη καλῶν καὶ συμφερόντων· ἐπιστήμη ποιητικὴ δικαιοσύνης ἐν πόλει. Ἑταιρεία, φιλία κατὰ συνήθειαν ἐν τοῖς καθ' ἡλικίαν γενομένοις. Εὐβουλία, ἀρετὴ λογισμοῦ σύμφυτος. Πίστις, ὑπόληψις ὀρθὴ τοῦ οὕτως ἔχειν ὡς αὐτῷ φαίνεται· βεβαιότης ἤθους. Ἀλήθεια, ἕξις ἐν καταφάσει καὶ ἀποφάσει. ἐπιστήμη ἀληθῶν. Βούλησις, ἔφεσις μετὰ λόγου ὀρθοῦ· ὄρεξις εὔλογος· ὄρεξις μετὰ λόγου κατὰ φύσιν. Συμβούλευσις, παραίνεσις ἑτέρῳ περὶ πράξεως, τίνα δεῖ τρόπον πράττειν. Εὐκαιρία, χρόνου ἐπίταξις, ἐν ᾧ χρὴ παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Εὐλάβεια, φυλακὴ κακοῦ. ἐπιμέλεια φυλακῆς. Τάξις ἐργασίας ὁμοιότης τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων. συμμετρία κοινωνίας. αἰτία τῶν πρὸς ἄλληλα πάντων ὄντων. συμμετρία πρὸς τὸ μαθεῖν

Πρ-

Πρόσεξις συντονία ψυχῆς πρὸς τὸ καταμαθεῖν. Εὐφυΐα, τάχος μαθήσεως. γέννησις φύσεως ἀγαθή. ἀρετὴ ἐν φύσει. Εὐμάθεια εὐφυΐα ψυχῆς πρὸς τάχος μαθήσεως. Δίκη, ἀπόφασις κυρία περὶ ἀμφισβητουμένου πράγματος. Νόμος, ἀμφισβήτησις περὶ τοῦ ἀδικεῖν, ἢ μή. Εὐνομία, πειθαρχία νόμων σπουδαίων. Εὐφροσύνη, ἐπὶ τοῖς τοῦ σώφρονος ἔργοις χαρά. Τιμή, δόσις ἀγαθῶν ἐν ταῖς δι᾽ ἀρετὴν πράξεσι διδομένων. ἀξίωμα ἀπ᾽ ἀρετῆς. σχῆμα σεμνότητος. τήρησις ἀξιωμάτων. Προθυμία, ἐμφανισμὸς προαιρέσεως πρακτικῆς. Χάρις, εὐεργεσία ἑκούσιος· ἀπόδοσις ἀγαθοῦ ὑπουργίας ἐν καιρῷ. Ὁμόνοια, δόξα ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, ὡς δεῖ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι. Πολιτεία κοινωνία πλήθους ἀνθρώπων αὐτάρκης πρὸς εὐδαιμονίαν· κοινωνία πλήθους ἔννομος. Πρόνοια, παρασκευὴ πρὸς μέλλοντά τινα. Βουλή, σκέψις περὶ τῶν μελλόντων ὡς συμφέρει. Νίκη, δύναμις κρατητικὴ περὶ ἀγωνίαν. Εὐπορία, εὐκρίνεια κρατητικὴ τοῦ λογιζομένου. Δωρεά, ἀλλαγὴ χάριτος. Καιρός, χρόνου ἀκμὴ πρὸς τὸ συμφέρον. χρόνος ἀγαθοῦ τι-

idonea. Attentio, intensio animi ad discendum. Ingenium, discendi velocitas: genitura bona naturæ: virtus insita à naturâ. Docilitas, ingenium animæ ad velociter percipiendum. Judicium, rata pronunciatio de eo, quod in disceptationem venit. Lex, norma ad quam quæritur, an quis injuriam intulerit, necne. Legitima civilitas, bonis legibus obedientia. Gaudium, lætitia in corporibus temperantiæ. Honor, bonorum largitio propter virtutis officium: æstimatio ac dignitas virtute acquisita: figura venerationis: conservatio dignitatis. Promptitudo, patens expeditio propositi ad res agendas. Gratia, voluntaria beneficentia: redditio boni obsequii in tempore opportuno. Concordia, consensus Imperantium & subditorum in imperandi obediendive ratione. Respub. cœtus multorum hominum ad felicitatem per se sufficiens: legitima multitudinis conspiratio. Providentia, præparatio ad futura. Consultatio, consideratio futurorum, quonã pacto conferant. Victoria, vis in certamine superans. Facũdia, perspicacitas & facultas obtinẽdi quod propositũ est. Donũ, mutua gratiarũ relatio. Occasio, flos ipse tẽporis rebus agendis conferens, tẽpus bonã

quondam petens opem. Memoria, dispositio animæ, inhærentem illi veritatem custodiens. Intelligentia, cogitationis intentio. Intellectio: scientiæ principium. Sanctimonia, cautio declinans à peccatis, quæ adversus Deum committuntur: diligens observatio divini cultus secundùm naturam. Divinatio, scientia rerũ absque demonstratione præsaga. Vaticinium, scientia quâ dignoscitur, quid adsit, quidve futurũ sit mortali viventi. Sapientia, scientia quæ nihil penitus præsupponit, scientia eorũ quæ semper sunt, scientia quæ rerum omnium causam contemplatur. Philosophia, appetitus sapientiæ: contemplatio veritatis, ut veritas est: cura animæ secundùm rectam rationem. Scientia, comprehensio animæ immutabilis ratione, vis comprehensiva alicujus vel quorundam ratione immutabilis, ratio vera in cogitatione immutabilis. Opinio, perceptio cum fide per ratiocinationem: rationis discursus: cogitatio incidens in verũ & falsum per ratiocinationẽ. Sensus, animæ progressus: mẽtis motus: nunciatio animæ per corpus ni formas hominũ, à quâ fit irrationalis animæ vis per corpus nascẽs. Habitus, affectio animæ, secundùm quam quales dicimur. Vox, prolatio ex ore

νὸς συνεργός. Μνήμη, διάθεσις ψυχῆς φυλακτικὴ τῆς ἐν αὐτῇ ὑπαρχούσης ἀληθείας. Ἔννοια, συντονία διανοίας. Νόησις, ἀρχὴ ἐπιστήμης. Ἁγνεία, εὐλάβεια τῶν πρὸς τοὺς θεοὺς ἁμαρτημάτων. τῆς θεοῦ τιμῆς κατὰ φύσιν θεραπεία. Μαντεία, ἐπιστήμη προδηλωτικὴ πράξεως, ἄνευ ἀποδείξεως. Μαντικὴ, ἐπιστήμη θεωρητικὴ τοῦ ὄντος καὶ μέλλοντος ζώῳ θνητῷ. Σοφία ἐπιστήμη ἀνυπόθετος. ἐπιστήμη τῶν ἀεὶ ὄντων. ἐπιστήμη θεωρητικὴ τῆς τῶν ὄντων αἰτίας. Φιλοσοφία, τῆς τῶν ὄντων ἀεὶ ἐπιστήμης ὄρεξις. θεωρητικὴ τοῦ ἀληθοῦς πῶς ἀληθές. ἐπιμέλεια ψυχῆς μετὰ ὀρθοῦ λόγου. Ἐπιστήμη, ὑπόληψις ψυχῆς ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου. δύναμις ὑποληπτικὴ τινὸς ἢ τινῶν ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου· λόγος ἀληθὴς ἐπὶ διανοίᾳ ἀμετάπτωτος. Δόξα, ὑπόληψις μετὰ πίστεως ὑπὸ λόγου. λογιστικὴ φορὰ διάνοια ἐμπίπτουσα εἰς ψεῦδος καὶ ἀληθὲς ὑπὸ λόγου. Αἴσθησις, ψυχῆς φορά. νοῦ κίνησις. ψυχῆς διὰ σώματος εἰσάγγελσις εἰς ὥρας ἀνθρώπων, ἀφ' ἧς γίγνεται ψυχῆς ἄλογος δύναμις γνωριστικὴ διὰ σώματος. Ἕξις, διάθεσις ψυχῆς καθ' ἣν ποιοί τινες

λεγόμενα· φωνὴ, ῥεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας. Λόγος, φωνὴ ἐγγράμματος, φραστικὴ ἑκάστου τῶν ὄντων, διάλεκτος σύνθετος ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἄνευ μέλους. Ὄνομα, διάλεκτος ἀσύνθετος ἑρμηνευτικὴ τοῦ τε κατὰ τῆς οὐσίας κατηγορουμένου, καὶ παντὸς τοῦ μὴ καθ' ἑαυτὸ λεγομένου. Διάλεκτος, φωνὴ ἀνθρώπου ἐγγράμματος, καὶ σημεῖόν τι κοινὸν ἑρμηνευτικὸν ἄνευ μέλους. Συλλαβὴ, ἀνθρωπίνης φωνῆς ἄρθρον ἐγγράμματον. Ὅρος, λόγος ἐκ διαφορᾶς καὶ γένους συγκείμενος. Τεκμήριον ἀπόδειξις ἀφανοῦς. Ἀπόδειξις, λόγος συλλογιστικὸς ἀληθής. λόγος ἐμφανιστικὸς διὰ προγινωσκομένων. Στοιχεῖον φωνῆς φωνὴ ἀσύνθετος. αἰτία ταῖς ἄλλαις φωναῖς τοῦ φωνὰς εἶ). Ὠφέλιμον, τὸ αἴτιον τοῦ εὖ πάσχειν. τὸ αἴτιον ἀγαθοῦ. Συμφέρον, τὸ εἰς ἀγαθὸν φέρον. Καλὸν, τὸ ἀγαθόν. Ἀγαθὸν τὸ αἴτιον σωτηρίας τοῖς οὖσι. τὸ αἴτιον παντὸς τοῦ πρὸς αὐτὸ ἀφ' οὗ συμβαίνει ἃ χρὴ αἱρεῖσθαι. Σῶφρον, τὸ κόσμιον τῆς ψυχῆς. Δίκαιον, νόμου τάγμα ποιητικὸν δικαιοσύνης. Ἑκούσιον, τὸ αὐτὸ προαγόμενον. τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετόν. κατὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον. Ἐλεύθερον, τὸ ἄρχον αὐτοῦ

secundū cogitationē. Oratio, vox quæ scribi potest pronunciativa cujusque rei: compositio ex verbo ac nomine: sine harmoniâ cantus. Nomen, dictio simplex significativa ejus, quod secundū essentiam prædicatur, & omnis quod secundū seipsum minimè dicitur. Dictio, vox hominis quæ scribi potest, & signū quoddā commune absque cantûs harmoniâ significans. Syllaba, articulus humanæ vocis, qui scribi potest. Definitio, oratio ex genere differentiâq; composita. Conjectura, rei latentis judicium. Demonstratio, ratiocinatio vera: oratio ostendens aliquid per præcognita. Elementū vocis: vox simplex, causaq; quod cæteræ voces sint. Utile, causa quod unumquodq; bene afficiatur: causa cujusdam boni. Conferens, quod in bonū fert. Pulchrū, quod bonum. Bonū, quod in omnibus quæ sunt, salutis est causa: causa omnis, quod ad ipsum tendit id, à quo veniunt, quæcunq; sunt eligenda. Temperamentū, ornamentū animi. Jus, legis institutū, à quo Justitia provenit. Volūtariū, quod seipsū ducit: quod per seipsum eligendū: quod cognitionem perficit. Liberum, quod sibi ipsi dominatur. Moderatum, mediū inter excessum atq; defectū, secundum artem sufficiens.

Men-

Μέτρον, τὸ μέσον ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως. Ἆθλον, ἀρετῆς γέρας τὸ ἑαυτοῦ ἕνεκα αἱρετόν. Ἀθανασία, οὐσία ἔμψυχος καὶ ἀΐδιος μονή. Ὅσιον, θεραπεία θεοῦ, ἀρεστὸν θεῷ. Ἑορτή, χρόνος ἱερὸς κατὰ νόμους. Ἄνθρωπος, ζῶον ἄπτερον, δίπουν, πλατυώνυχον, ὃ μόνον τῶν ὄντων ἐπιστήμης τῆς κατὰ λόγους δεκτικόν ἐστι. Θυσία, θεῷ δόμα θύματος. Εὐχή, αἴτησις ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἢ δοκούντων παρὰ θεοῖς. Βασιλεύς, ἄρχων κατὰ νόμους ἀνυπεύθυνος, πολιτικῆς κατασκευῆς ἄρχων. Ἀρχή, ἐπιμέλεια τοῦ παντός. Ἐξουσία, ἐπιτροπὴ νόμου. Νομοθέτης, ποιητὴς νόμων καθ' οὓς δεῖ πολιτεύεσθαι. Νόμος, δόγμα πλήθους πολιτικόν, οὐκ εἰς τινα χρόνον ἀφωρισμένον. Ὑπόθεσις, ἀρχὴ ἀναπόδεικτος, συγκεφαλαίωσις λόγου. Ψήφισμα, δόγμα πολιτικὸν εἰς τινα χρόνον ἀφωρισμένον. Πολιτικός, ἐπιστήμων πόλεως κατασκευῆς. Πόλις, οἴκησις πλήθους ἀνθρώπων κοινοῖς δόγμασι χρωμένων· πλῆθος ἀνθρώπων ὑπὸ νόμον τὸν αὐτὸν ὄντων. Πόλεως ἀρετή, κατάστασις ὀρθῆς πολιτείας. Πολεμική, ἐμπειρία πολέμου. Συμμαχία, κοινωνία πολέμου.

Menſura, medium exceſſus atque defectus. Palma, virtutis præmium, ſui ipſius gratiâ exoptandum. Immortalitas, eſſentia vivens, & ſempiterna perſeveratio. Sanctum, Dei cultus: quod Deo gratum. Celebritas, tempus ſecundum leges ſacrũ. Homo, animal ſine pennis, bipes, latis unguibus, quod ſolùm ex animantibus ſcientiæ rerum per rationes fit particeps. Sacrificium, hoſtiæ donum Deo exhibitum. Votũ, precatio hominum ad Deum, quâ vel bona, vel quæ bona videntur, efflagitant. Rex, imperans ſecundum leges, nulli ſubjectus, irreprehenſibilis, civilis ordinis inſtitutor. Principatus, providentia univerſi. Licentia, legis conceſſio. Legiſlator, author legum, quibus gubernari civitas debet. Lex, civilis inſtitutio multitudinis, abſque certi temporis termino. Suppoſitio, principiũ indemonſtrabile: ſermonis ſummula. Decretum, inſtitutum civile ad certum tempus reſpiciens. Civilis homo, peritus corũ quæ ad adminiſtrationem reipub: pertinent. Civitas, habitatio multorũ hominũ communibus utentiũ legibus: cætus hominũ, iiſdem legibus ſubjectorum. Civitatis virtus, recta reipub: conſtitutio. Militaris virtus, experientia in bello.

Salus

Σωτηρία, περιποίησις ἀβλαβής. Τύραννος, ἄρχων πόλεως κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν. Σοφιστής, νέων πλουσίων ἐνδόξων ἔμμισθος θηρευτής. Πλοῦτος, κτῆσις σύμμετρος πρὸς εὐδαιμονίαν· περιουσία χρημάτων εἰς εὐδαιμονίαν συντεινόντων. Παρακαταθήκη, δόμα μετὰ πίστεως. Κάθαρσις, ἀπόκρισις χειρόνων ἀπὸ βελτιόνων. Νικᾶν, κρατεῖν διαφερομένων. Ἀγαθὸς ἄνθρωπος, ὁ τοιοῦτος οἷος ἀνθρώπῳ τἀγαθὰ ἀποτελεῖν. Σώφρων, ὁ μετρίας ἐπιθυμίας ἔχων. Ἐγκρατής, ὁ κρατῶν ἀντιτεινόντων τῆς ψυχῆς μορίων τῷ ὀρθῷ λογισμῷ. Σπουδαῖος ὁ τελείως ἀγαθός. ὁ ἔχων τὴν αὐτοῦ ἀρετήν. Σύννοια, διάνοια μετὰ λύπης ἄνευ λόγου. Δυσμαθία, βραδυτὴς ἐν μαθήσει. Δεσποτεία, ἀρχὴ ἀνυπεύθυνος δικαία. Ἀφιλοσοφία, ἕξις καθ' ἣν ὁ ἔχων, μισόλογός ἐστι. Φόβος, ἔκπληξις ψυχῆς ἐπὶ κακοῦ προσδοκίᾳ. Θυμός, ὁρμὴ βίαιος ἄνευ λογισμοῦ νοῦς τάξεως ψυχῆς ἀλογίστου. Ἔκπληξις, φόβος ἐπὶ προσδοκίᾳ κακοῦ. Κολακεία, ὁμιλία ἡ πρὸς ἡδονὴν ἄνευ τοῦ βελτίστου. ἕξις ὁμιλητικὴ πρὸς ἡδονὴν, ὑπερβάλλουσα τὸ μέτριον. Ὀργὴ

Salus, munitio ab omni damno secura. Tyrannus, imperans civitati secundum sententiam propriam. Sophista, juvenum nobilium atque divitum mercenarius venator. Opulentia, possessio rerum sic moderata, ut ad felicitatem conferat: abundantia rerum ad beatitudinem conferentium. Depositum, tributio cum fide. Purgatio, deteriorum à melioribus segregatio. Vincere, adversarium superare. Homo bonus, qui hujusmodi est, ut homini bona reddat. Temperans, qui mediocres concupiscentias habet. Continens, qui partes animæ rationi repugnantes cohibet. Probus, qui perfectè bonus: qui propriam sui virtutem habet. Conscientia, cogitatio tristis absque ratiocinatione. Indocilitas, tarditas ad discendum. Dominatio, principatus justus, nulli subditus. Aphilosophia, habitus quo quis rationes odit. Metus, concussio animæ in expectatione mali. Animositas, impetus violentus irrationalis animæ absque ratione & ordine mentis. Pavor, trepiditas in expectatione mali. Adulatio, conversatio ad voluptatem absque ratione boni: habitus ad oblectationem consuetudinis tendens, mediocritatemq; transgrediens. Ira,

pro-

provocatio, irascibilis animæ pars ad ulsciscendum. Contumelia, injuria quæ per contemptum infertur. Incontinentia, affectio trahens ad ea, quæ jucunda videntur præter rectæ rationis judicium. Pigritia, fuga laborum qui ex gubernando proveniunt. Timiditas, prima causa succurrentis impetus. Calumnia, dissensio amicorum verbis facta. Opportunitas, tempus in quo unumquodque aptum est, vel pati, vel agere. Iniquitas, habitus qui leges despicit. Indigentia, bonorum diminutio. Verecundia, formido in expectatione infamiæ. Ostentatio, affectio quæ sibi vendicat ea bona, quæ minimum adsunt. Peccatum, actio præter rectam rationé. Inuidia, tristitia ex amicorum bonis, seu præsentibus, sive præteritis. Impudentia, habitus animæ infamiam lucri causa subiens. Ferocitas, excessus audaciæ haud metuens, quæ metuenda sunt. Ambitio, habitus animæ, omnes honoris gratiâ sumptus admittens, præter rationis normam. Degeneratio, pravitas in naturâ: declinatio ab eo, quod secundum naturâ: morbus ejus quod secundum naturam. Spes, expectatio boni. Furor, corruptio æstimationis veræ. Loquacitas, resoluta loquendi

Ὀργὴ, παράκλησις τοῦ θυμικοῦ εἰς τὸ τιμωρεῖσθαι. Ὕβρις, ἀδικία πρὸς ἀτιμίαν φέρουσα. Ἀκρασία, ἕξις βιαστικὴ παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμὸν, πρὸς τὰ δοκοῦντα ἡδέα εἶναι. Ὄκνος, φυγὴ πόνων ἀρχῆς. Δειλία, ἀντιληπτικὴ ὁρμῆς πρώτη τοῦ εἶναι αἰτία. Διαβολὴ, διάστασις φίλων λόγῳ. Καιρὸς, ἐν ᾧ ἕκαστον ἐπιτήδειον παθεῖν ἢ ποιῆσαι. Ἀδικία, ἕξις ὑπεροπτικὴ νόμων. Ἔνδεια, ἐλάττωσις, ἕξις προσποιητικὴ ἀγαθοῦ ἢ ἀγαθῶν τῶν μὴ ὑπαρχόντων. Ἁμαρτία, πρᾶξις παρὰ τὸν ὀρθὸν λογισμόν. Φθόνος, λύπη ἐπὶ φίλων ἀγαθοῖς ἢ οὖσιν ἢ ποτὲ γεγενημένοις. Ἀναισχυντία, ἕξις ψυχῆς ὑπομονητικὴ ἀδοξίας, ἕνεκα κέρδους. Θρασύτης, ὑπερβολὴ θράσους πρὸς φόβους οὓς μὴ δεῖ. Φιλοτιμία, ἕξις ψυχῆς προετικὴ πάσης δαπάνης ἄνευ λογισμοῦ. Κακοφυΐα, κακία ἐν φύσει, καὶ ἁμαρτία τοῦ κατὰ φύσιν. νόσος τοῦ κατὰ φύσιν. Ἐλπὶς, προσδοκία ἀγαθοῦ. Μανία, ἕξις φθαρτικὴ ἀληθοῦς ὑπολήψεως. Λαλία, ἀκρασία λόγου ἄλογος. Ἐναντιότης, τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος κατά τινα διαφορὰν πιπτόντων ἡ πλείστη διάστασις. Ἀκούσιον, τὸ παρὰ διάνοιαν ἀποτελούμενον,

Παιδεία, δύναμις θεραπευτικὴ ψυχῆς. Παίδευσις παιδείας παράδοσις. Νομοθετικὴ, ἐπιστήμη ποιητικὴ πόλεως ἀγαθῆς. Νουθέτησις λόγος ἐπιτιμητικὸς ἀπὸ γνώμης. λόγος ἁμαρτίας ἀποτροπῆς ἕνεκεν. Βοήθεια, κακοῦ κώλυσις ὄντος ἢ γινομένου. Κόλασις, ψυχῆς θεραπεία ἐπὶ ἁμαρτήματι γινομένου. Δύναμις, ὑπεροχὴ ἐν πράξει ἢ ἐν λόγῳ. ἕξις, καθ' ἣν τὸ ἔχον δυνατόν ἐστιν. ἰσχὺς, κατὰ φύσιν σώζειν, ὃ περιποιῶν ἀβλαβῆ.

ſine ratione intemperantia. Contrarietas, diſtantia maxima illorum, quæ ſub eodem genere per quaſdem differentias continentur. Involuntarium, quod præter ſententiam factum. Diſciplina, facultas animam curans. Eruditio, diſciplinæ traditio. Legum inſtitutio, ſcientia civitatem tumultu vacuam reddens. Monitio, ſermo ex ſententiâ caſtigans: ſermo ab erroribus abſterrens. Auxilium, expulſio mali vel adulti, vel etiam imminentis. Caſtigatio, curatio animæ ob commiſſa ſcelera. Poteſtas, excellentia in agendis ſeu dicendis: habitus, quo potentes efficimur. Robur, vis unumquodque in Natura ſua ſervans, eò quod detrimenta devitat.

PLA.

PLATONICORUM aliquot, qui etiamnum supersunt Authorum, *Græcorum* imprimis, mox & *Latinorum*, Syllabus Alphabeticus.

R*Em nec ingratam, nec inutilem studiosæ Juventuti futuram Spero, si post aditum ad* Platonis *Philosophiam ex* Alcinoi *editione factum; via demum in ejus penetralia atque interiores recessus muniatur: & lustro quodam condito, universis* Academiæ *copiis in aciem productis, & nomina profiteri jussis; literatæ pubi, non in iter modo, sed victoriam et Triumphos Duces statuantur. quod quidem opus hortatu reverendissimi* Usherii Armachani *Archiepiscopi;* Langbanius ὁ χαλκέντερος *et vere Adamantius, pro singulari illâ qua in evolvendis veterum monumentis*

utebatur

utebatur industriâ, pridem adornabat; utinam et Elaboraßet: quicquid autem post fati temporisq; injurias ex Schedis ejus ad nos pervenit, paucis omnino, idq; cum res vehementer posceret immutatis, tanquam Tabulam ex naufragio raptam, coram exhibemus. Lector candidus boni consulat, fruatur et valeat.

Divini



Divini *Platonis* Operum ea mihi præ cæteris Editio placet quam *Johannes Serranus* Interpres. *D. Elizabetha Angliæ Reginæ* Serenissimæ Doctissimæ vere *Platonicæ* consecravit, notis suis illustravit, Ediditq; *H. Stephanus* 3 *Tom. fol. Paris* 1578.

Præter vulgò Exstantes habentur in Bibliothecâ *Bodleiana* Epistolæ quinq; Ms. *Platonis* nomine præsignitæ. Siquis verba numeret, satis breves, sin ponderet plus satis longæ; tanto nomine prorsus indignæ, atq; adeo pro hypobolimæis habeo.

Vetustiores *Platonis* Expositores ad minus Sexaginta quinque adinvenisse se disertè asserit *Fran. Patritius* in *Platone* Exotico, eosq; omnes (ut ibidem innuit) *Ammonio Saco* antiquiores. Si justa opera intelligat mirandum æquè ac dolendum tantillo temporis intervallo tot illustres scriptores (nam pars quota superest ?) intercidisse.

Nos iis omnibus consultò prætermissis, quorum frequens licet vel nuda solum de nomine, vel etiam de scriptis ab ipsis editis apud Authores mentio fit, de illis tantum dicturi sumus, quorum vel opera integra, vel fragmenta saltem illustriora ad nos pervenerunt: insertis interim nonnullis *Platone* ipso antiquioribus, sed unde ipsum largiùs hausisse in confesso est, quo nomine locum ipsis inter *Platonicos* concedens haud abs æquo fecisse videar.

1. *Adrastus* sectâ licet *Peripateticus*, in *Platonis Timæum* Commentarios scripsit; unde nonnulla adducit *Porphyrius* ad *Harmonica Ptolemæi* lib. 1. c. 5. Nisi fortè (quod ex fide Codd. *Vaticanorum* tradit *Holstenius de vitâ & scriptis Porphyrij* c. 6.) Commentarius iste deinceps a capite 4°. non sit *Porphyrii* sed *Pappi*.

2 *Ælianus Platonicus*; Ex hujus itidem in *Timæum* Commentario 2do: extat locus illustris (de Naturâ vocis & soni) apud *Porphyrium*, ubi supra *lib*. 1. *c*. 3. Quem & alias non semel (uti etiam *Philolaum Platonicum*) in eodem opere ad testimonium dicendum producit.

3 *Albinus*. Hujus cùm Hypotheses *Platonicæ*, tum Isagogus περὶ τῶν Πλάτωνι ἀρεσκόντων adservari perhibentur *Romæ* in *Vaticanâ*. Nec-non de ordine librorum *Platonis*, *Venetiis* ad S. *Antonium*.

4. *Alcinous*, de doctrinâ *Platonis*. Prodiit *Lugd. Bat.* 1608. 8°. & denuo ibidem. *Basileæ* etiam, ut & Typis nostris.

Ammonius, vid. *Hermeas* infra.

5. *Andronicus Callisti*. Hic Controversiæ, quæ *Georgio Gemisto Plethoni* & *Michaeli Apostolio* cum *Theodoro Gazâ* intercesserat, (quorum illi a partibus *Platonis*, hic ab *Aristotele* stetit) medium se ingessit, sed in *Aristot*. inclinatior. Extantq; Ms. in *Bodleianâ Andronici* eâ de re ad *Bessarionem* Cardinalem Epistola, nec-non opusculum adversus *Apostolium* conscriptum ad eundem *Bessarionem* transmissum.

6. *Michael Apostolius*. Libellus ejus, in quo *Gemistum Platonis* ὑπερασπιστὴν adversus *Gazam* defendit, in quem pro Juvenili ardore acrius quam par erat, uti & in *Aristotelem* (vel ipso *Bessarione* judice) invectus est. Ms. in Bodleianâ.

7 *Aristides* Rhetor. Ejus *Platonica* tres primas obtinent in *Tom*. 3° Orat. edit. *Paris* 1604.

8. *Asclepius Ægyptius.* Hunc à *Mercurio Trismegisto* diversum, ejusque discipulum facit *Fran. Patritius.* unde *Plato*, post repetitam in *Ægyptum* profectionem, Philosophiæ suæ partem non infimam didicisse dicitur. Ejus tres libellos, novæ suæ de Universis Philosophiæ subnectit *Patritius.*

9. *Athenagoras.* vide quæ sub finem dicturi sumus.

10. *Bessario* Cardinalis patriâ *Trapezuntius* Episcopus *Nicenus.* præter opera ipsius latinè edita, inter quæ, in *Georgium Trapezuntium* Calumniatorem *Platonis*, &c. venet. 1516. *Fol.*

Item in laudem Philosophiæ *Platonis.* ib. 4o.

In *Bodleianâ* habentur Ms. Grecè

Epistola ad *Michaelem Apostolium* quem à studio in *Platonem* laudat, cæterum quod calumniis magis quam argumentis *Aristotelem*, ejusq; Propugnatorem *Gazam* impeteret, amicè increpat.

Epistola ad *Georgium Gemistum*, in quâ agit de placito *Platonicorum*, animam aliasque nonnullas ipsâ substantias αὐθυποστάτους adserentium.

11. *Caij* Presbyteri (de quo *Photius* in Bibl. Cod. 48) fragmentum illud (quod & *Josephi* nomen præ se fert) quamvis contra *Platonem*, De Causâ vniversi, non prorsus silentio prætereundum duximus. habetur Ms. in *Bodleianâ.*

12. *Matthæus Camariota.* Ejus libellus de *Fato* habetur Ms. penes Vir. Cl. *Patritium Junium.*

13. *Chionis Platonici* inter Græcanicas aliorum alias, extant Epistolæ aliquot. *Genevæ*, 1606. *Fol.*

14. *Damascius* Philosophus. Vita *Isidori* Philosophi *Platonici* ab ipso conscripta, magnam partem extat in *Photii* Biblioth. Cod. 242.

Ejus etiam Commentarius in *Parmenidem Platonis* de *Ideis*, servari dicitur *Romæ* in *Vaticanâ*, uti & *Venet.* testante *Gesnero* in Bibliothecâ. *Parectolæ* item ejusdem in

 primum

primum *Arist.* de *Cœlo.* nescio ubi in *Italiâ.*

Ejusdē prætereà liber benè magnus, De primis principiis dubitationes & solutiones continens; in Bibliotheca Collegii *Corporis Christi Oxonii.* Quem *Olympiodorus* sæpius citat, uti & *Augustinus Steuchus* in, De perenni Philosophiâ; plenum subtilissimis disputationibus observat *Holstenius* de vitâ *Porphyrii.* Quemque, nec ex vano, librum verè Incomparabilem pronunciat *Francis. Patritius* in *Zoroastre* suo.

15. *Dionysius Areopagita,* auu quisquis fuit Author librorum de Theologiâ Mysticâ &c. an *Platonicam* potius an *Christianam* Theologiam tradiderit, haud facile dixerim. *Paris,* 1615. *Fol.*

16. *Galenus Platonem* passim exprimit. adeatur liber ejus De *Platonis* & *Arist.* decretis. Operum *Galeni* omnium Editionem procuravit *Renatus Chartesius Parisiensis.*

17. *Georgius Gemistus Pletho,* Hujus impressi extant libelli duo, Alter De *Platonica* & *Aristotelica* Philosophiæ differentiâ. *Basil.* 1574. 4o.
Alter de virtutibus, ubi & de Deo, Homine &c. *Antw.* 1575
Habentur præterea in *Bodleianâ* Ms.

1. Ejusdem Epistola Responsoria ad *Bessarionis* illam de quibusdam *Platonis* dogmatibus, cujus supra mentionem fecimus.
2. Item ad eundem Epistola altera, in quâ Sententiam suam quam in priore proposuerat, adductis è *Platone* testimoniis, confirmare satagit.
3. Item refutatio eorum, quæ *Scholarius* pro *Aristot.* scripserat. Per *Scholarium* autem intelligo *Marcum Eugenicum Ephesium,* eum qui in Synodo *Florentinâ* Sententiam *Græcorum* contrà *Latinos* strenuè adeo propugnabat.
4. In Imperatricem Oratio funebris: In quâ de animæ Immortalitate perorat.

Hermes

Hermes vid. *Mercurius.*

18. *Hermeas* (seu mavis *Ammonius*) Commentarius ejus in *Phædrum Platonis*, Extat Ms. in *Bodleianâ.*

19. *Heraclides Ponticus*, *Platonicus.* Extant ejus in *Homerum* Allegoriæ.

20. *Hierocles* De Providentiâ. *Phot.* Biblioth. Cod. 251.

21. *Jamblicus.* Quin hic *Platonicus* fuerit nemini dubium: Et quantus inter eos habeatur ex *Damascio*, *Olympiodoro* aliisq; abundè liquet. Cujus tamen, quod scio, quæ eo faciunt scripta non extant, præter de Mysteriis *Ægyptiorum* ex versione *Marsilii Ficini*, in quâ plus quem par erat sibi indulget Interpres. Omnium hujus Scriptorum Editionem diu est ex quo promisit, sed inani hactenus expectatione delusit *Holstenius* de vita *Porph. cap.* 5.

22. *Diogenes Laertius*, quantum ad vitam *Platonis* & Sectatorum ejus, aliquam sui hic rationem haberi postulare videatur. *Genevæ* 1616. 8o.

23 *Dionysius Longinus.* Extaret modò ejus περὶ ἀρχαίων βιβλίον locum sibi (ut libello περὶ ὕψους inter *Philologos* primum) inter Philosophos *Platonicos* haud postremum vendicaret.

24 *Marinus Neapolitanus.* Ejus de vitâ *Procli* & felicitate liber extat *Hamburg.* 1618. *Fol.*

Scripsit insuper (ut hoc obiter moneam) in *Platonis Philebum* volumen ingens. Quod cum *Isidoro* (Authore in vita ejus *Damascio* apud *Photium*) legendum tradidisset, ut sententiam ferret an dignum esset quod ederetur, responsum tulit ἱκανὰ εἶναι τὰ τοῦ διδασκάλου, sufficere ea quæ præceptor (*Proclum*, intellige qui communis utriusq; *Marini* & *Isidori* præceptor fuerat) in eum librum commentatus erat: atq; adeo frustra futuram tam prolixam operam. (Perperam enim ab *Andrea Schotto* accepta sunt verba illa, ita vertente, videri Magistro digna.) Quo intellecto *Marinus* mox librum suum *vulcano* devovit.

25. *Maxi-*

25 *Maximus Tyrius.* Dissertationes *Platonicæ. Lug. Bat.* 1614. 8° & passim alibi.

26. *Mercurius Trismegistus.* Quod de *Asclepio* supra dictum pro hic reperito habeatur. *Fran. Patricius* libellos & fragmenta, quotquot *Hermetis Trismegisti* nomen præ se ferebant, ubi ubi reperta, ordine scientifico disposita vulgavit. *Venet.* 1593, *Fol.*

27. *Olympiodorus Philosophus.* Hujus librum hac Inscriptione Εἰς τὰ κατ' ἐνέργειαν ζωσίμου ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων ἤτοι σιγησάδια, alicubi in *Italia* servari scribit *Gesnerus.* Nec non commentaria ejusdem in *Platonis Philebum Phædonem, Gorgiam* & *Alcibiadem Venet.* apud *Diegum Hurtadum Cæsareum* tunc temporis *Legatum.*

Ejus in *Alcibiadem* priorem divinos Commentarios superesse adhuc (*Romæ* ut opinor) inquit *Holstenius* de script. *Porph cap.* 8.

Quin & in *Bodleianâ* nostrâ Commentarii in *Phædonem* & *Philebum* habentur Ms. In quibus præter antiquiores *Empedoclem, Orphea, Philolaum, Epicharmum, Epictetum, Harpocrationem,* citat etiam sæpius *Proclum, Ammonium, Ptolemeum* Astronomum, *Themisonem* Medicū, *Numenium, Proterium, Porphyrium, Jamblicum* τὸν μέγαν *Syrianum,* imo & non semel *Damascium.* Vnde conjectari subit diversum hunc esse a *Damascio Alexandrino* illo (de quo *Suidas* ex *Marino* tacito, ut solet, autoris nomine) Ille siquidē *Aristotelicus* hic *Platonicus:* Ille *Proclo* antiquior & in Rhetoricis Præceptor. hic *Proclo,* imo & *Marino, Isidoroq;* (cujus vitam scriptis mandavit) *Procli* & in Schola proxime ante ipsum Successoribus junior.

28. *Origines Adamantius.* Hunc in *Ammonii* Schola institutum inde allegorica sua pleraq; S. Scripturæ Interpretamenta dogmataque, ob quæ malè scriptorum vulgo audire solet, derivasse, non est quod impræsentiarum altius deducamus. Ejus Commentarius in *Evang. Johan.* Græce in

Bodleianâ extat: ut etiã nonnulla alia illius opuscula, Quorũ amplam messem in *Vaticanâ.* asservari, testatur *Holstenius.*

29. *Orpheus.* Ab eo *Platonem*, hausisse inter alios observat *Olympiodorus* in *Phædonem*, qui adductis ejus rei Exemplis concludit Παντάχοῦ γὰρ ὁ Πλάτων παρῳδεῖται ὀρφέως.

30. *Plotinus* Nobilis, *Platonicus.* Cujus opera Philosophica in sex *Enneadas* distributa cũ Latinâ *Marsilii Ficini* Interpretat. & Commentatione edita sunt *Basil.* 1580. *Fol.*

31. *Philo Judæus.* Decantatum illud Ἢ Φίλων Πλατωνίζει ἢ Πλάτων Φιλωνίζει. *Paris.* 1640 *Fol. duobus Volum.*

32. *Plutarchus.* Qvamvis non iverim inficias inter Eclecticos potius eum referendum, *Jamblichi* tamen discipulum atq; adeo inter *Platonicos* annumerat *Marsilius Ficinus* præter alia nonnulla in Catalogo memorata suaderi poterit ex Operibus ejus *De Anima Generatione ex Timæo. De Quæst. Platonicis, De Dæmonio Socratis Par.* 1624. *Fol.*

33. *Porphyrius.* Et hunc eitam Sectæ suæ accenset *Ficinus*, & libenter citant *Platonici* reliqui: at quàm justè nondũ satis perspicio. Certè in libris περὶ ἀποχῆς (unde nonnulla delibavit *Marsilius*) *Pythagoricum* agit, in aliis *Peripateticũ*: Neq; tanti est libellus de *Occasionibus*, quem latine dedit *Ficinus*, Græcè etiam *Lucas Holstenius Romæ* 1630, 8°. Quem vide de Scriptis *Porphyrii*, *cap.* 7, 8, & 9.

34. *Priscianus Lydus.* Expositionem ejus in *Theophrastum* de *Sensu* & *Phantasia* & *Intellectu* a *Ficino* latine redditam habemus: Græcè nondum vidisse datum est.

Proclus Lycius. Hic siquis alius ad amussim *Platonicus.* Cujus edita sunt, Libellus de *Sacrificio* & *Magia*, *Marsilio Ficino.* Interprete. *Basil.* 1532.

Epicheremata (18) quibus Mundum ingenitum & incorruptibilem esse contendit, cum eorum refutatione per *Johan. Philoponum* Grammaticum. *Venet.* 1535. *Fol.*

Commentarius in Opera & dies *Hesiodi*, in quo Theologiam Ethnicam & Allegorias complectitur, ex editione *Danielis Heinsii* per *Raphelengium* 1630. 4°.

The-

Theologia *Platonica. Hamburg.* 1618. *Fol.*
Institutio Theologica. ibidem. (1471.
Commentarius in *Platonis Alcibiadem* primum *Venet.*
Cujus Exemplaria tria Græcè Ms. habentur in *Bodleianâ.*
Commentar. in *Timæum Basilia.* 1534. *Fol.* in *Politica Platonis.* ibidem. in *Parmenidem* Ms. in *Bodleiana.*

In *Cratylum* etiam Commentarium & *Gesnero* memoratum & a *Patritio* citatum reperio.

36. *Michael Psellus*, Qui apud Sequiores Græcos Πάνσοφος audit, Ejus de *Operatione Dæmonum* libellus. *Paris.* 1675. 8°.

Idem in *Psychagoniam Platonis*, Ms. in *Bodleianâ.*

37. *Aristides Quintilianus*, in *Harmonicis* suis, libro præsertim 2do ferè totus est *Platonicus.* Opus illud cum Authoribus aliis Musicis, *Ptolomæo, Porphyrii* in eundem Commentariis, & *Manuele Bryennio*, è Msis. nostris *Oxoniensibus* Clarissimi *Seldeni* sumptibus describendum curavimus. Quos Ille omnes ad *Marcum Meibonium Amstelodamum* edendos transmisit.

28. *Sallustius Philosophus.* Hujus libellum sanè elegantem de *Diis* & *Mundo* debemus junctis Operis Vir. Doctiss. *Leonis Allatii* & *Lucæ Holstenii.* Qui quamvis sectâ *Stoicus* fuit, quin hoc tamen Opusculum inter *Platonicorum* scripta locum vendicet non video, neq; abnuit *Naudæus*, & *Platonicos* inter valde probandum disertim agnoscit *Fortunius Licetus* de Quæsitis per Epistolas, *Tom.* 1. *Resp.* 7. Prodiit *Romæ* primum, deinde *Lug. Bat.* 1639. 12°.

39. *Nicolai Secundini* ad *Andronicum Callisti* Epistola super scripto eo quod *Andronicus* contra *Michaelem Apostolium* pro *Gazâ* ediderat, Ms. in *Barocc.*

40. *Speusippus. Platonis* hic Successor & Nepos. Cui definitiones *Platonicæ* vulgò ascribi solent; uti apud *Ficinum*, aliosque.

41. *Synesius Cyrenæus* Philosophus idem & Theologus, Cujus opera quædam, de *Insomniis* imprimis, inter Scripta

Pla-

Platonicis numerari insolens non est. *Par:* 1631. *fol.*

42. *Syrianus.* Et hunc aliunde constat *Platonicum* fuisse. Cujus, quod scimus, extat solum Commentarius in 2um. 12m. & 13m. *Aristotelis* libros Metaphysices, ab *Hieronimo Bagolino* latinitate donatus, ab Academiâ *Veneta* editus, *Venet.* 1558. 4o.

43. *Theo Smyrnaeus.* Eorum quae in Mathematicis ad *Platonis* lectionem utilia sunt, expositio prodiit, *Paris.* 1644. 4o. edente *Ismaele Bullialdo.* Sed desiderantur adhuc quae de *Geometriâ*, *Stereometriâ*, & *Astronomiâ* eodem fine Author scripserat; Quanquam tractatum de *Astronomiâ* in Bibliothecâ *Ambrosianâ Mediolani* extare, ex relatu viri *Cl: Isaaci Vossii.* Lectorem in Praefatione suâ monuit *Bullialdus.* Et extat quidem in *Bodleianâ* Theo *Smyrnaeus* Ms. eodem quo in editis Titulo, sed (ut mihi penitius introspicienti observatum) longè imperfectior. Quanquam enim *Theonis* solius nomen pre se ferat Exemplar, continet tamen reverâ non nisi partem priorem libri primi: quam Continuò excipit, ab eadem manu & argumenti consimilis, quasi ejusdem esset Authoris, Alterius (quem postea *Nicomacum Gerasenum* esse deprehendi) Arithmetica capite truncata.

Extat & in Bibliotheca *Collegii Regalis Cantabrigiae Theonis Smyrnaei* Codex Ms. quem inter & editum quid distet, hactenus mihi incompertum.

44. *Theophrastus.* Hic quidem sectâ *Peripateticus*, Cujus tamen libellum de *sensu* ac *phantasia* & *intellectu*, cum suâ & *Prisciani Lydi* Expositione, *Platonicis* suis inservit *Marsil: Ficinus.*

45. *Timaeus Locrensis.* Ejus de *Naturâ* libellus, Dialecto *Doricâ conscriptus Platonis* operribus subnexus vulgò prostat.

46. *Zenocratis Platonici* de Morte liber, *Ficino* Interprete, inter ejusdem opera visitur.

47. *Zoroastris* Oracula 320. ex *Platonicis* collecta. Edidit *Franciscus Patritius.*

Et hactenus, quidem de Græcorum Platonicorum *scriptis fusius quam pro instituti ratione actum est; In Latinis deinceps persequendis (qui plerique omnes recentiores sunt et typis mandati) citius defungar.*

1. *Georgius Acantius.* Librum ab eo editum esse, cui titulus *Platonis Philosophia*, ex schedis propriis edoctus fidenter pronunciare ausim. At nescio quâ meâ incuriâ commissum ut nec locum nec tempus, nec formam Editionis (quod in cæteris soleo) subnotarim.

2. *Ægyptiorum* Mysticam à *Platone* dictatam ab *Aristot.* exceptam & perscriptam Philosophiam, novæ suæ de universis Philosophiæ subjunxit, *Patritius venet.* 1593. *fol.*

3. *Scipio Agnellus* Comes. Ejus disceptationes de *Ideis*, in tres libros distributæ, editæ *venet.* 1615. 4º.

4. *L. Apuleius Madaurensis Philosophus Platonicus.* Inter alia ejusdem quæ huc propius spectant hæc sunt, De dogmate *Platonis*, De Philosophiâ, & deo *Socratis* (Nam de *Asclepii* dialogo non regero.) *Lugd.* 1614. 8º.

5. *Averrois* Paraphrasis in libros *Platonis* de *Repub. Jacobo Mantino Medico Hebræo Interprete. Venet.* 1552. 4º.

6. *Pauli Benii Eugubini* in *Platonis Timæum* sive in naturalem omnem atque divinam *Platonis* & *Aristotelis* Philosophiam Decades tres promittit libri Titulus, sed quarum primam solam exhibet. *Romæ* 1594. 4º.

Item *Platonis* Poëtica ex variis ejusdem locis excerpta. *Venet.* 1622.

7. *Fratris Beroaldi* Expositio super Elementatione Theologiæ *Procli* habetur Ms. in *Collegio Balliolensi Oxonii.*

8. *Jo-*

8. *Johannis Baptistæ Bernardi, Patritii Veneti* Seminarium totius Philosophiæ *Platonicæ*, prodiit *Lugd.* 1599. *fol.* Quod nihil aliud est quàm Index Alphabeticus, sed amplissimus Materiarum omnium, cùm in *Platone* ipso tum in scriptis aliorum *Platonicis* contentarum.

9. *Johannes Jacobus Beucerus* edidit *Platonis* Epistolas Gr: Lat: notis Logicis Ethicis & politicis illustratas. *Ferrar:* 1585. 8o.

10. *Michael Boschius* de vitâ *Platonis. Argen.* 1592.

11. *Jordanus Bennius* de *Imaginum, Signorum, & Idearum Compositione* libris duobus, prodiit *Tigur.* 1591, 8o.

12. *Gabriel Buratellus*, præcipuarum Controversiarum *Aristotelis* & *Platonis* Conciliatio. *Venet.* 1573. 8o.

13. *Petrus Calamia Thermitanus*, Extat ejus *Philosophia Seniorum*, *Sacerdotia Platonica*, à Junioribus & *Laicis* neglecta Philosophis, De *mundo Animarum & Corporum Panorm.* 1599. 4o.

14. *Chalcidii Archidiaconi* ad *Osium Episcopum* in *Platonis Timæum* Commentarius ex Editione *Jo: Meursii*, 1617. 4o. Nescio annon Author hic Latinorum quotquot extant, antiquissimus sit, qui in *Platonem*, ex professo scripserit.

Extat Ms. in *Bodleianâ* Tractatus per modum Dialogi charactere Hiberno Saxonico exaratus, Majoris Operis particula (decem circiter chartarum) in quo de statu Animæ post obitum *Platonico* more disceptatur, Quem *Chalcidii* Authoris esse non uno argumento adducor ut credam.

15. *Jacobus Carpentarius Claromontanus. Platonis* cum *Aristotele* in universâ Philosophiâ Comparatio, Commentaria in *Alcinoi* Institutionem ad ejusdem *Platonis* doctrinam explicata. (Aliaque eo facientia.) *Paris.* 1572. 4o.

16. *M: Tull: Cicero*, Nedum ex *Academicis*, sed & ex *Platonis* locis ab eo passim in Operibus suis explicatis (quos *Hen: Stephanus* observavit ediditq; 1557. 8o.) quàm religiosè

-giosè *Platonis* vestigia presserit, videre est: vid. *Ciceronis Operum* tom: 4. *Lutet.* 1554. *fol.*

17. *Benjamini Coberi* Exercitationum *Platonicarum* Præludium. *Spiræ* 1605. 8o.

18. *Johannes Baptista Crispus*, de Ethnicis Philosophis cautè legendis quinarius primus: in quo in opiniones *Platonis* circa animam humanam inquiritur. *Rom.* 1594. *fol.*

19. *Bernardinus Donatus Veronensis*, De *Platonica* atq; *Aristotelicæ* Philosophiæ differentià libellus. *Par.* 1541. 8o.

20. *Jacobus Faber*, In libros Academicos *Ciceronis* Commentarius. *Paris* 1611. 8o.

21. *Marsilius Ficinus Philosophus Platonicus*, Opera ejus tomis duobus. *Basil* 1576. *fol.*

22. *Ubertus Folieta*, De nonnullis in quibus *Plato* ab *Aristotele* defenditur. *Rom.* 1574. 4o.

23. *Sebastianus Foxius* (*Morzilinæ Hispalensis*) De *Platonis* & *Aristotelis* Consensione, libri 5. *Witeberg.* 1589.

Comment: in *Platonis* *Timæum* *Basil* 1554. *fol.*
Phædonem } *Basil* 1556. *fol.*
Politica }

24. *Matthæus Fragillanus Bellovacus* in *Timæum Platonis* ex mediis Philosophorum & Medicorũ spatiis Scholia, &c. *Paris.* 1560. 4o.

25. *Livius Galantes Christianæ* Theologiæ cum *Platonicâ* Comparatio. *Bonon.* 1627. *fol.*

26. *Julius Gemellus Montagnanensis*. Duodec. mirabiles gyri ad mentem *Platonis Aristotelis* & Theologorũ. Totum Cursum Theol: Philosoph: & Logicæ circumgyrantes, &c. *Venet.* 1592. 4o.

27. *Thom: Gianinius Ferrariensis*, De Mentis humanæ statu post hominis Obitum disputatio. *Patavii*, 1614. 4o.

28. *Augustini Gradenigi Platonicorũ* Antrũ nondũ vidi.

29. *Chrysostomus Javellus*. Epitome moralis *Platonis* Philosoph: tractat: 7. Ite Epitome Civilis *Platonis* Philosoph: tract: 7. In tom: Operum ejus 2do. *Lugd.* 1580. *fol.*

30. *Di-*

30. *Dionysius Lambinus*. Annotationes *in Alcinoum* de doctrinâ Platonis.

31. *Leo Hebræus*. De Amore Dialogi tres *à Johanne Carolo Saraceno* latinitate donati *Basil:* 1587. *fol.* cùm aliis artis *Cabalisticæ* Scriptoribus. Hunc tanquam *Platonicum* advocare in partes solet *Jo: Bap: Bernardus* in Seminario Philosophiæ *Platonicæ*.

32. *Macrobius*. Commentarius in *Somnium Scipionis Platonem* spirat. *Lugd: Bat:* 1597. 8o.

33. *Celsus Mancinius Ravennas*. De *Synaugiâ Platonicâ*, hoc est, de modo quo fit visio. *Ferrar*. 1591. 4o.

34. *Jacobus Mazonius Cæsenas*. In universam *Platonis* & *Arist:* Philosophiam Præludia, sive de Comparatione *Platonis* & *Aristot:* sectionibus octo, *Venet*. 1597. *fol*.

35. *Antonius Montecatinus*. Partitiones & veluti Paraphrasis in *Platonis* libros de *Repub:* Item Epitome librorũ *Platonis* de legibus, & legum quas illi continent in ordinẽ quendam redactarum. *Ferrar*. 1594. *fol:*

36. *Antonius Muretus In Platonis* librũ primum & 2um. *de Republicâ* Commentarius. *Ingolstad:* 1602. 8o.

37. *Marcus Antonius Natta*, De *Immortalitate Animæ*, lib. 5. *Venet*. 1564. *fol*. De *Pulchro* lib. 6. *ibid*. 1567. *fol*.

38. *Franciscus Patritius*, Discussionum *Peripateticarum*, Tomi quatuor, *Basil:* 1581. *fol*.

Ejusdem nova de universis Philosophia, *Venet*. 1593. *fol*. Author ad unguem *Platonicus*.

39. *Joham: Fran: Picus Mirandula* Dnus Examẽ vanitatis Doct: Gent: & veritatis Christ: discip: *lib*. 6. *Mir*. 1520. *fol*.

40. *Johannes Picus* (*Francisci* Pater) *Mirandulanus*, *De Ente & Uno*. Item in *Platonis Convivium* libri 4.

41. *Esromus Rudingerus*. Explicationes in Apologiam Socratis *Platonicam*. *Norimb*. 1591. 8o.

42. *Joh: Sleidanus* summa Doctrinæ *Platonis* de *Rep*. & *legibus Argentorat*, 1548. 8o.

43. *An-*

43. *Augustinus Steuchus Eugubinus* De *perenni Philosophiâ* (in quâ totus ferè *Platonicus*) libri decem. *Venet.* 1591. *fol.*

44. *Stephanus Theupolus*, *Patritius Venetus. Academicarum Contemplationum* libri decem, In quibus & divini *Platonis* præcipuæ sententiæ ordinatim explicantur, Et *Peripateticorum* adversus illum Calumniæ quàmplurimæ refelluntur. *Venet.* 1576. 8o.

45. *Diodorus Tuldenus* JCtus. *Dissertationes Socraticæ* libris duobus quæ *Ethicen* & *Politicen* spectant. Inter *Platonicos* sed cum veniâ referendæ. *Lovan:* 1622. 4o.

46. *Georgius Valla Placentinus. Comment: in librum Ciceronis* de *Fato*: Itē *Comment:* in librum ejusdem De *Universitate*, Quem ex *Platonis Timæo* excerpsit *Cicero*. *Venet.* 1492. *fol.*

47. *Francesco de Vieri. Compendio della dottrinâ di Platone in quello che ella è conforme con la fede nostra* (*Italicè*) *Floren:* 1577. 8o.

48. *Hermannus Vulteius* JCtus. *Diatribe de perfectione Hominis Philosophicâ*, in *Academia Marpurgensi* publicè προλεγομένων loco proposita, cum *Timæum Platonis* interpretaturus esset, 30 *Jan:* 1597. 8o.

49. *Rayanus Wesdalius. Platonis* (ut vulgò audit) *Axiochus*, sive *Dialogus de Morte*, ex versione & cum Scholiis ejusdem. *Colon:* 1568. 4o.

Atque hæc habui de scriptoribus *Platonicis* dicenda: Quorum numerum utcunque ampliare licuisset, si (ut de Latinis taceam) Theologos *Athenagoram* (qui ex *Platonico* Christianus evasit) *Basilium Magnum*, *Gregorium Nazianzenum*, qui haud inviti *Platonem* exprimunt, & id genus alios addidissem. Sed & ex Ethnicis potiori multò jure *Antoninum Augustum*, *Ocellum Lucanum*, *Epictetum*, *Arrianum* (aliósque è Porticu) Et vel maximè *Hieroclem Pythagoricosque* adnumerassem. Certè ut in naturalibus *Heraclitum*

raclitum. in Politicis *Socratem*, ita in intellectualibus *Pythagoram* sibi præ cæteris exprimendum proposuit (testante in vitâ ejus *Laertio*) *Plato*. Neque quicquam est è mediâ *Academiâ* depromptum, quod *Platonem*, si rectè calculum pono, magis exprimit, quàm *Hieroclis* in aurea Carmina Commentarius verè aureus. Si præterea Authores *Cabalisticos* & artis *Lullianæ* Sectarios etiam adjecissem, non ita fortè omnino desipuissem utique. Nempe quicquid in Arte eorum Artis est, id omne è *Platonicis* fontibus derivatum videtur.

Sed nolo plura: Hæc si benè, satis: sin alias, plus satis.

FINIS.

---

tantum. In Politicis Secretum, ita in inutile Studium [illegible] nihil præ ceteris experimendum prosolito (teste in vita ejus Lucretio) Plato. Neque quicquam est è [illegible] Academia depromptum, quod Platonem, si recte [illegible] pono, in ipsis exprimit, quam Horatii in suas Carmina Commentarius verè aureus. Si præterea Authores Cabalisticos & eos Lullianæ Sectarios etiam ad examen; non ita forte omnino [illegible] ubique. Nempe quicquid in Arte eorum [illegible] est, id omne è Platonicis fontibus derivatum videtur.

Sed nolo plura: Hæc si benè, satis: sin aliter, plus satis.

FINIS.